SYNOPSIS

# ACTORUM S. SEDIS

IN CAUSA

## SOCIETATIS IESU

1605-1773

LOVANII
EX TYPOGRAPHIA, J.-B. ISTAS.
1895

BOSTON COLLEGE LIBRARY
CHESTNUT HILL, MASS.

BX
3706
.S9X
12

BOSTON COLLEGE LIBRARY
CHESTNUT HILL, MASS.

101,350

BOSTON COLLEGE LIBRARY
CHESTNUT HILL, MASS.

# PRAEFATIO.

Interrupta octo annorum spatio, tandem prodit continuatio *Synopseos actorum S. Sedis in causa S. I.* Cui enim libro, favente p. m. P. Antonio Anderledy, anno 1887, initium dedi, ex archivo *nostro* cuius curam tunc sustinebam, colligens et compendio exhibens pontificia in rebus nostris documenta (1540-1605), hunc complere et usque ad suppressae Societatis annum 1773 perducere diu non potiu. imperfectum tamen relinquere. quantum per me stabat, nolui; et favente, pro suo in continuanda historia S. I. studio, A. R. Patre nostro Ludovico Martin, opellam, cuius utilitatem plures e nostris eruditis viris plane agnoscebant, tandem prosequi concessum est

Fontes, e quibus regesta nostra hausi, in priore praefatione indicavi: illis addendus erat, pro saeculo XVIII. tomus in-4°; constat partim ex foliis separatis, typographia rev. camerae apostolicae tunc cudi solitis, partim ex transumptis recenti manu documentis, habetque titulum: *Bullae, brevia et rescripta ab anno* 1671 *ad annum* 1877; addendi quoque erant centum fere tomi, quibus *fundationis* collegiorum instrumenta exhibentur, eaque interdum pontificia.

Non me latet potuisse addi ex archivis publicis et praesertim ex Vaticano multo plura: sed neque mihi per officium meum licuit illa adire, neque aliorum hac in re operam auxiliumque diutius exspectare fas erat. Quidquid id est, donec e ditissimis illis thesauris reliqua S Sedis in causa Societatis nostrae acta in lucem dare libebit, haec ipsa synopsis. utut incompleta, plurima praebebit scitu utilissima. Perspiciet tamen lector fontes domesticos iam post annum 1710 vix quidquam mihi praebuisse: defecit tunc. ut apparet, praefectorum archivi et procuratorum generalium in colligendis actis pontificiis sollicitudo. Verum supplevi ut potui; atque ea quae post id tempus compendio exhibui, e variis libris desumpta documenta id saltem habebunt utilitatis ut nostris uno quasi conspectu multa

S. Sedis erga Societatem, telis adversariorum impetitam, benevolentiae testimonia complecti liceat.

Restat ut, quod iam postulabam in primi tomi praefatione, iterum enixe rogem : velint scilicet diversarum provinciarum socii huic conatui operam suam addere, et e multis libris, varia lingua scriptis, documenta pontificia, quae indagationem meam subterfugerunt, compendio transumpta, mecum communicare. Ipsemet ex *Annalibus ecclesiasticis* aliisque libris, qui mihi Faesulis olim agenti praesto non erant, non parvum ad primam synopseos partem addidi supplementum. Inter illos iuvat indicare *Bullarium de propaganda fide* (1888), Gardellini, *Decreta authentica congregationis sacrorum rituum* (1856) et *Analecta iuris pontificii.*

Quoad rationem nomina propria scribendi, existimavi, ut antea (praefationis p. VII) monebam, sequendum esse manuscriptum codicem ; idem nomen ab amanuensibus vario modo in duobus documentis (Cfr. Greg. XV. n. 20 et 26 : Tiberius et Tiburtius ; — Pauli V n. 234 et Urb. VIII n. 31 : Norbeeck et Norberch, etc.), imo in uno eodemque (Cfr. Urb. VIII n. 4 : Perez et Peez etc., Greg. XV, n. 26 : Veneschius et Verreschius) scriptum non raro deprehendebam. Quare errata plura non corrigerem monui in praefatione primae partis.

Lovanii, 3 decembris 1895. L. Delplace S. I.

# PAULI V.

Paulus V, Romanus, Camillus Burghesius, Presb. Card. tit. S. Chrysogoni, creatus VI, coronatus XVIII Maii 1605, obiit XXVIII Jan. 1621.

Anno 1605, statim atque Pontifex creatus est, Cardinalem Bellarminum Capuana ecclesia solvit atque apud se consilii causa retinuit. Eodem anno P. Franciscus Rozius, Angamalensis episcopus, factus est archiepiscopus Cranganorensis. Anno 1607, duos libros, unum Card. Bellarmini, alterum P. Roberti Personii, contra juramentum fidelitatis a Jacobo rege Angliae postulatum, una cum apostolicis litteris ad Anglos catholicos misit, et anno 1610 revocatam voluit sententiam Sorbonae, quae tractatum ejusdem Cardinalis, de potestate Papae in temporalibus contra Guilielmum Barclaium, damnaverat.

Qui antea, Cardinalis quum disputationibus de auxiliis gratiae Dei interesset, P. Petro de Arrubal dixerat se nihil dubitare quin sententia P. Lud. Molinae ab ipso propugnata, esset valde sana, factus deinde Pontifex, auditis partibus, 5 Sept. 1607 vetuit ne quis, in quaestione hac pertractanda, partem suae oppositam aut qualificaret aut censura quapiam notaret. In brevibus 2 Oct. 1607 et 9 Sept. 1613, P. Francisci Suarez libros super Veneto interdicto et contra regem Angliae plurimum laudavit; in litteris Cardin. Scipionis Burghesii Pontificis nomine ad eumdem Patrem scriptis 26 Apr. 1617, liber seu tomus II de gratia asserebatur nullam pati difficultatem, existimante Sua Sanctitate eius doctrinam « non discrepaturam ab eruditione et doctrina librorum dudum in lucem editorum, qui omnium acclamatione excepti, egregie sustinent nomen et famam quam adepti sunt ». Eidem Francisco Suarez sacram purpuram ter obtulit Pontifex, pronepote ipsius teste apud Masseium in vita P. Suarez p. 113.

P. Leonardum Lessium quid praemii pro suis in Apostolicam Sedem, quam egregie scripto defendisset, meritis reposceret, ac num cognatum haberet cui bene cuperet interrogavit; eoque respondente se matrem habere Societatem, cui bene fieri gratissimum sibi foret, Patris virtutem obstupuit. S. Thomam Sanchez moralis theologiae doctorem excellentissimum ac summum, in doctissimorum hominum corona dicere non dubitavit.

Anno 1609, P. Franc. Canillacus et alii quatuor missi sunt Constantinopolim, eisque templum S. Benedicti cum aedibus adiunctis restitutum. Anno 1612, PP. Stephanus Szinius, Barth. Cassius et alii duo in Bosniam, Sclavoniam vicinasque regiones, anno sequente Patres aliquot in insulas Maris Aegei, et anno 1614 PP. Antonius Marietti et Paulus Matescida cum pontificiis litteris ad patriarcham Chaldaeorum Eliam et ad patriarcham Maronitarum missi sunt.

---

1. *Intelligentes quam Domino.* - Paul. V officiali Ebredunen. committit unionem cum coll. S. I. Ebredunensi prioratus B. M. de Palmis O. S. Aug. d. dioec. a Jac. Michaelis cler. commendatario, ad effectum erectionis d. collegii resignati. Fr. 24 duc. Prioratus, non conventualis, collatio ad archiepisc. Ebredunen. spectat.
R. ap. S. P. VII kal. Iun. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 20.

2. *Aequum reputamus.* - Paul. V confirmat concessam a Clem. VIII id. Maii P. an. XIII, litteris tamen desuper non confectis, unionem cum coll. S. I. Ruthenensi prioratus saecul. S. Boneti prope et extra muros opp. Chiriaci Mimaten. dioec., cuius collatio ad monast. S. Salvatoris prope et extra eosdem muros O. S Ben. spectat, ab Ant. Clavel Priore resignati. Fr. 24 duc. omnes eidem Antonio reservati.
R. ap. S. P. IV kal. Iun. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 75. b.

3. *Rationi congruit.* - Paul. V decano eccl. Bisuntin. ac officiali Bisuntin committit, ut attentis litteris Pauli II : *Cum in omnibus judiciis*, concessam a Clem. VIII 17 kal. Ian. P. an. XIII facultatem, perinde ac si d. die litterae desuper confectae fuissent valere faciant ; scil. confirmabatur venditio rectori coll. S. I. Bisuntini facta ab abbatissa conv. monasterii monialium B. M. V. oppidi de Balma O. S. B. Bisuntin. dioec. - pro pretio 2 m. fr. monetae Burgundiae convertendorum in emptionem aliorum bonorum stabilium propinquiorum, ex quibus redd. annuus 77 fr. et 6 solid. Turonensium percipi valeret, — iurium, bonorum et reddituum d. monasterii in locis de Conguieres, Bouhans (Boulans ?) Pont-sur-Loignon et Tressandans Bisuntin. dioeceseos, salvo iure patronatus paroch. eccl. de Conguieres et iure minutarum decimarum de Conguieres et Bouhans.
R. ap. S. P. IV kal. Iun. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 16.

4. *Rationi congruit.* - Paul. V Epõ Miranden. mandat ut auctoritate apost. iuxta voluntatem et concessionem Clem. VIII

applicet ad 25 annos fabricae domus prof. S. I. oppidi Bragantiae fructus paroch. eccl. abbatiae nunc. S. Mariae loci de Rebordaos Miranden. dioec., de iure patronatus Theodosii ducis Bragantiae et Barcellas existentis, obitu Antonii Gomez rectoris abbatis nunc. vacantis, exceptis 150 cruciatis, seu 110 duc., pede altaris, aliisque emolumentis ac portionibus quibusdam. Fr. 700 duc.
R. ap. S. P. IV kal. Iun. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 27. b.

5. *Aequum reputamus.* - Paul. V unionem cum coll. S. I. Auxitano prioratus S. Dodae O. S. Ben. Auxitan. dioec., qui conventualis non est et a mon. S. Mariae de Symorra eiusd. Ord. et dioec. dependet, a Clem. VIII, 13 kal. Aug. P. an IX factam, licet litterae desuper confectae non fuerint, confirmat, et offic. Auxitan. exec. committit. Fr. 300 duc.
R. ap. S. P. IV kal. Iun. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 51. b.

6. A. P. R. M. *Aequum reputamus.* - Paul. V confirmat compromissum, a Greg. XIII 3 kal. Mart. P. an. XII approbatum, litteris desuper deinde non confectis, inter coll. S. I. opp. de Bragantia et Ant. de Friar rect. abbatem nunc. paroch. eccl. S. Caeciliae loci de Carezedo Miranden. dioec. super medietate fructuum eccl. S. M. loci de Dini d. dioec. d. parochiali eccl. annexae. Episcopus et decanus Aeg. de Prado privilegiorum d. collegii iudex conservator 9 maii 1576, ad quos delata lis fuerat, decreverant medietatem penes coll. remanere, Antonio quoad viveret 20 m. regalia (40 duc.) loco pensionis annuae a collegii rectore solvenda.
R. ap. S. P. IV kal. Iun. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 53.

7. *Hodie emanarunt.* - Paul V Epõ Miranden. et cantori et scholastico eccl. Miranden. exec. comm.
R. ap. S. P. IV kal. Iun. 1605 P. an. I.

*Ibid.* 54.

8. A. P. R. M. *Aequum reputamus.* - Paul. V concessionem a Clem. VIII kal. Ian. P. an. X factam perinde valere declarat ac si

d. die litterae confectae fuissent, sc. unionem cum coll. Coloniensi S. I., petentibus Ernesto archiepõ Colonien. et Ferdinando ex ducibus Bavariae d. Ernesto in coadiutorem deputato, beneficiorum in Bodberg (Badburg, Rodberg ?) iuxta Ordegen, in Vilchel iuxta Novesian., in Greferd, in Nolchtum, in Gostorff Chempen. locorum paroch. ecclesiis, reliquiarum bonorum diruti monast. monial. S. Isidori prope opp. Bonnen. d. dioec. olim tertiae reg. S. Fr. (redd. 50 duc.) cum superstites e vita discesserint, domus S. Huberti contiguae aulae archiepiscopali, (pret. 1000 sc.) qua presbyteri S. Huberti nunc. ob demerita privati fuerant, praedii (fr. 50 duc.) iuxta opp. Chempen, olim ad monast. eiusd. opp. Novesiani O. S. Aug. pertinentis et ab eo abdicati, et bonorum exstinctae confratern. B. Mariae d. opp. Novesiani (fr. 30 duc.) Concessa fuerat insuper Ernesti auctoritate immunitas a contributionibus etiam turcicis, a servitiis per monast. Stae Malburgis O. S. Aug. debitis vz. alendi canes, falcones, remissio census annui 9 maldrorum siliginis et 2 amarum vini mensae archiep. debiti ratione villae Renderlloff in pago Noaldoff iuxta opp. Brulen eiusd. dioec., qua stante remissione rector remiserat nonnullos terminos annuae portionis vel pensionis a capitulo praetensos. Fr. insimul 100 duc.

R. ap. S. P. IV kal. Iun. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 32. b.

9. A. P. R. M. *Aequum reputamus.* – Paul. V confirmat collegio S. I. Neapolitano concessionem, a Clem. VIII kal. Oct. P. an. XIII, petentibus Antonio Lisio rect. d. coll. et Ioanne Vincentio Revertera domino in temporal. Salandrae et S. Antimi Tricaricen. dioec. factam, proventus annui 140 duc. super praedio Massaria nunc. capacitatis 70 modiorum, qui proventus anno 1579 a Franc. Revertera domui fratrum minorum de observantia nunc. S. Francisci in terra Salandrae ab ipso fundatae pro liberalium artium et praesertim theologiae studio introducendo donatus, dein ipsis mense Decembri 1598 recedentibus, quod incapaces legatorum se agnoscerent, in nepotem et haeredem Ioannem Vinc. translatus, mense Febr. 1600 a Congr. Episc. et Regul. ad eius dispositionem relictus fuerat.

R. ap. S. P. Id. Iun. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 31.

**10.** Congr. S. Off. decretum : interpretationem Fr. Suarez S. I. (t. 4 in 3 p. S. Th. sect. 4 disp. 21) circa decr. Clem. VIII, 20 Iun. 1602 damnantis prop. Licere per litteras seu internuntium confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri et ab eodem absente absolutionem obtinere, non subsistere, et ideo amovendam esse ab eius libro.
14 Iul. 1605.

*Concina, th. christ.* Roma 1750, IX. p. 590.

**11.** Congr. S. Off decretum : ex libro Fr. Suarez S. I. (disp. 23, sect. 1. n. 12) amovenda esse verba *Atque ex hac resolutione — in absentia confessoris*; P. Suarez debere corrigere suum librum et antequam evulget, ostendere huic Congregationi.
20 Iul. 1605.

*Ibid.*

**12.** *Ex iniuncto nobis.* - Paul. V archidiac. eccl. Mechlinien. et officiali Mechlinien. committit ut attentis litt. Pauli II *Cum in omnibus iudiciis*, petentibus Archiepō Cameracen. et rect. coll. S. I. Bruxellensis Mechlinien. dioec., confirmet, si in evidentem utilitatem, venditionem domus ad mensam archiep. Cameracen. spectantis, qua pro iure reddendo Brabantis post erectionem novorum in Belgio archiepiscopatuum non indiget, et quae incendio magna parte absumpta ruinosa est, in favorem d. coll. ampliandi, et pretio eius (20 m. fl. vel 6 m. duc.) emptionem pagi de Solesmes civit. Hannoniae dioec. Cameracen.
R. ap. S. M. III kal. Aug. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 29. b.

**13.** *Cum fē. re. Clemens PP. VIII.* - Pauli V facultas Vincentio Cicadae pr. prof. S. I. servitiis Sedis Aplicae adscito commorandi extra d. S. commercium et convictum, cum clausulis amplissimis.
XII Aug. 1605.

*Elench. bull.*

**14.** Congr. S. Officii decretum, ex t. 4 P. Suarez S. I. in 3 p. S Th. disp. 21, sectionem 4. *Utrum de necessitate confessionis*

*sit ut poenitens sacerdoti praesenti immediate et per se ipsum revelet peccata sua* totam esse amovendam.
18 Aug. 1605.

*Concina. Theol. christ.* 1750, IX, p. 590.

15. *Ex iniuncto nobis.*– Paul. V, petentibus Iuliano de Blanchis par. eccl. S. Petri loci de Allegris Florentin. dioec. ac coll. S. I. d. civ. rectoribus, archidiacono eccl. Florentin. et vic. Archiep. generali committit ut attentis litteris Pauli II *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, id. Maii P. an. I. confirment, si in evidentem utilitatem, venditionem pretio mille scut. unius domus d. eccl. in populo S. Laurentii et via de Martellis nunc., ab uno iuxta viam praed. et aliam domum de Martellis, a reliquo autem lateribus iuxta viam Borgo di S. Laurenzo nunc. etiam Florentin. et bona d. collegii sitae, Simeoni et Antonio de Rundinellis sub ann. canone 58 scut. locatae.
R. ap. S. M. XIII kal. Sept. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 98.

16. Facultates quas concessit S. D. N. Paul. V Patribus S. I. in Hybernia degentibus, ut etiam eas externis sacerdotibus ibidem commorantibus communicare possint : teste P. Card. Arigonio Hyb. Protectore : absolvendi a casibus, censuris bullae Cœnae, in regnis Angliae, Scotiae et Hyb., ipsos tamen Anglos, Scotos et Hybernos ; reconciliatis dandi Apost. bened. sine ind. plen. ; dispensandi in 3° et 4° gradu in foro consc. in contractis ; commutandi vota simpl. exc. castit. et Religionis ; benedicendi quae pertinent ad sacrif. Missae, praeter ea quae requirunt chrisma ; dandi facult. legendi libros controversiarum a catholicis scriptos in vulgari lingua ; recitandi in periculo pro breviario aliquot psalmos memoriter ; ante lucem celebrandi et in locis honestis ; restituendi ius matrimoniale amissum.
23 Sept. 1605.

*Reg. bull. IV.* 183. b.

17. Facultates a Paulo V, teste P. Card. Arigonio Hyberniae Protectore, concessae Patribus S. I. qui in missione Hybernica

degunt : 1° dispensandi sicut concessum est Patribus in Anglia non solum in matrimoniis in tertio gradu contractis sed etiam in contrahendis ob honestam iustamque causam, qualis esset non solum periculum contrahendi cum haereticis sed etiam cum iis qui sunt alterius educationis, a quo multum abhorrere solent Hyberni 2° indulgentiam consequendi in quatuor patronorum Hyberniae diebus festis, sicut Anglicanae missioni concessum est in festis S. Georgii, Gregorii P., S. August. et S. Thomae.
23 Sept. 1605.

*Reg. bull. IV.* 183. b.

18. *Ex iniuncto nobis.*– Paul. V archidiac. eccl. Nicoteren. et vic. gen. Episcopi Nicoteren. committit ut attentis litt. Pauli II *Cum in omnibus iudiciis*, petentibus Epõ Tropien., Praep. Gen. S. I., civitate et hominibus civit. Tropien. et executoribus testament. Marcelli et Claudii de Taulis, bona utriusque pro erigendo collegio S. I. fundando relicta, cum conditione a Claudio etiam circa fratris sui defuncti bona apposita ne alienentur, secus ad domos regulares ord. S. Fr. de Paula et Minor. Cappucinorum et B. M. de Monte Carmelo necnon heremitarum S. Aug. etiam Tropien. devolverentur, vocatis vocandis alienari eorumque pretium in emptionem aliarum domorum in loco commodiore converti faciat, praecipua SS. Marcelli et Claudii intentione erudiendae iuventutis salva. Haereditas gravata est aere alieno 3 vel 4 m. duc.
R. ap. S. M. VIII kal. Nov. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 23. b.

19. *Hodie emanarunt.* – Paul. V Epõ Bracharen. ac decano et cantori eccl. Bracharen. committit execut. litterarum *A. P. R. M. Inter cetera cordis*, quibus confirmatur transactio inter rectorem coll. d. civit. S. I. et vicarium perpetuum paroch. eccl. S. Mariae de Terreiros (Ferreiros, cfr. Pii IV, n. 39) ad quam devenerunt occasione controversiarum inter colonos et procuratores d. coll. et factores exactoresque vicarii ratione quintae partis fructuum eiusdem paroch. eccl. d. collegio assignatae.
R. ap. S. P. IV kal. Nov. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 25. b.

20. *Intelligentes quam Domino.* - Paul. V vicario gener. Episc. Hadrien. committit ut hospitale, prioratum nunc. pauperum S. Andreae in Hadriensi civit., a Paulo IV, suppresso titulo et essentia rectoris pro pauperibus infirmis et peregrinis recipiendis, infantibus expositis alendis aliisque charitatis operibus concessum, nunc petentibus duce ac civitate Hadrien. ut quia d. hospitalis fructus valde excedunt onera et expensas, in aliud pium opus sc. domum probationis destinetur, fructus, exceptis annuatim tot ducatis qui ad succurrendum indigentiis arbitrio Ordinarii et civitatis sufficiant non minus quam 100, d. domui assignet, pensione annua 10 duc. praeceptori hospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe O. S. Aug. reservata.
R. ap. S. P. XIII kal. Ian. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 21. b.

21. *Cum sicut accepimus.* - Pauli V concessio in ecclesiis S. I. indulgentiae pro oratione 40 horarum in bacchanalibus.
III I n. 1606.

*Elench. bull.*

22. *Magna quam in dies.* - Paul. V petentibus sindicis, electoribus, communitate et hominibus civit. Montisregalis provinciae Taurinensis, Nuntio apud Car. Emm. Sabaudiae ducem et Pedemontium principem committit ut confirmet collegio S. I., cui a supradictis redditus ann. perpetuus 500 sc. ad rationem 11 $^1/_2$ fl. ex civitatis facultatibus in dotem assignatus fuerat et a Clem. VIII in complementum huius dotis alter redd. similis ex summa 10 vel 12 sc. proveniens ex eleemosynis ecclesiae B. M. V. del Mondovi nunc. loci in vico Montis regal. dioec., assignationem diversorum censuum ex pecuniis dictarum eleemosynarum, super tabernarum seu cauponarum plateae ac planorum d. civ. ac grossa seu maiori nunc. vel novis gabellis constitutorum.
R. ap. S. P. Id. Ian. 1605 P. an. I.

*Reg. bull. IV.* 43.

23. *Cum sicut accepimus.* - Paul. V, quod Clemens VIII collegio Ferrarien. S. I. pro subventione assignavit sc. 100 scuta sin-

gulis annis de redditibus et poenis maleficiorum provenientibus et ad cameram Apostolicam spectantibus, manente eadem d. collegii necessitate apostolica auctoritate ex iisdem redditibus assignat.
R. ap. S. P. 21 Ian. 1606 P. an. I.

*Fund. prov. Ven. tom. IV.*

24. *Ex iniuncto nobis.* - Paul. V archidiacono eccl. Taurinen. et vic. gener. Archiepiscopi Taurinen. committit ut attentis litt. Pauli II : *Cum in omnibus iudiciis*, et informatione accepta concedat permutationem pro collegio Taurinensi S. I. ex una parte et pro Barth. Prana praeposito nunc. paroch. ecclesiae praepositurae nunc. loci de Settimo d. dioec. ex altera, terrae petii, prati S. Petri nunc. 8 1/2 iugerum, et campi 14 iug. iuxta nemus Cantalabro et aquaeductum Planivei (?) ac Gomettum et bona d. collegii, ad d. eccl. spectantium (valor, 230 scut. seu 207 duc. auri de cam., redd. ann. 7 scut.) pro terra arativa 20 iug. in territ. d. loci ad S. Palmerium iuxta bona d. eccl. et pasculum universitatis et bona Casalis, quae nuper ex emphiteosi antiqua devoluta et d. collegio via iuris adiudicata fuit.
R. ap. S. P. XV kal. Feb. 1605 P. an. I.

*Reg. bull IV.* 18. b.

25. *Cum attentae considerationis.* - Paul V, petentibus praeposito et presbyt. domus prof. S. I. Panormitanae, vicario gen. archiepisc. Panormitani committit ut vocatis vocandis pro amplianda d. domo assignet ecclesiam SS. Cosmae et Damiani cum illius domo et viridario (fructus nulli) iuxta transactionem cum civitate et confratribus S. Rocchi et SS. Cosmae et Damiani initam.
R. ap. S. P. III id. Apr. 1606 P. an. I.

*Reg bull. IV.* 35.

26. S. Congr. episcoporum et regularium decretum, quod Ordinarii teneantur dare Patribus S. I. facultatem erigendi domum probationis, non vocatis caeteris regularibus, dummodo habeant redditus sufficientes, nonobstante motu proprio Clem. VIII.
8 Maii 1606.

*Elench. bull.*

27. S. Congr. ep. et reg. decr. pro erectione dom. prob. S. I. in civ. Hadriensi.
8 Maii 1606.

*Elench. bull.*

28. *Pastoralis officii cura.* - Paul. V, petente Maximiliano Bavariae duce, mandat officiali Eysteten. ut cum academia Ingolstadien. uniat monasterium O. S. Aug. can. reg. in villa Schamhaupten Ratisbonen. dioec. derelictum. Fr. 600 duc.
R. ap. S. P. VIII kal. Iun. 1606 P. an. II.

*Annales Ingolstadiensis academiae IV.* 1782, p. 177.

29. *His quae pro felici.* - Paul. V, petente nob. viro Ioanne de Guenara Bovini duce, qui post nonnullas missiones religiosorum S. I., in d. civitate collegium cum ecclesia exstruxit et in partem dotis responsionem unius quartae frumenti vel ordei pro qualibet versura a suis vassallis seretur in territ. loci Casalis Castelluccio delli Sauri regni Neapolitani et provinciae Capitanatae solvendam assignavit, ad summam 200 duc. ascendentem, non tamen sufficientem, - committit Vic. gen. Archiep. Beneventani ut fructus paroch. eccl. S. Bartholomaei, loci Casalis delli Greci nunc. Beneventan. dioec. quem populi Albanen. partim latino partim graeco ritu viventes habitant, quam Anton. Bellocchio rector obtinet, exceptis pensione annua 100 duc. Hier. Novera presb. Baren. reservata, quarta parte Maximiliano archiep. Beneventan. debita et 100 duc. cum pede altaris aliisque incertis pro rectore, dismembret (210 duc.) et d. coll. assignet, item fructus ruralis et sine cura eccl. S. Mariae de Ferrara in feudo deserto La Ferrara, quam Andr. Titto rector obtinet (20 duc.).
R. ap. S. P. IV kal. Iul. P. an. II.

*Reg. bull. IV.* 40. b.

30. *Circumspecta Rom. Pontificis.* - Paul. V petente rectore coll. S. I. in civitate Ruthenensi, mandat officiali Ruthenen. ut cum d. collegio uniat prioratum S. Felicis prope Ruthenam nunc. O. S. Ben Ruthenen. dioec. a Gerardo Courtelo priore resignatum (Fr. 270 duc ).
R. ap S. M. VI id. Iul. 1606 P. an. II.

*Reg. bull. IV.* 44.

31. A.P.R.M. *Quantum Religio Societatis Iesu* - Paul.V confirmat Institutum S. I., perpetuitatem Generalis, decreta tria Congreg. quintae, et privilegia Ordinis.
R. ap. S. M. pr. non. Sept. 1606 P. an. II.

*Nov. bull. S. I.* 128. *Reg. bull. IV.* 36.

32. *Ex pastoralis officii.* - Paul. V officiali Rhemensi mandat ut prioratus S Laurentii de Calido fonte O. S. B. Catalaunen. dioec. vac. per Nicolai Henart Clerici Tullen S. Probae de S. Proba Laudunen. vac. per Francisci Brulard, et S. Walburgae Rhemen. vac. per Ioannes Lespagnol cessiones coll. Rhemensi S. I. annectat.
R. ap S. P. kal. Dec. 1606 P. an. II.

*Fund. prov. Camp.* t. 2.

33. *Ex pastoralis officii.* - Paul. V petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. officiali Rothomagen. mandat, ut cum domo probat. in d. civitate erecta uniat prioratum S. Aegidii iuxta Bolam seu prope Elebotum alias de Elbeuf O. S. Ben. Rothomagen. dioec. a Michaele de Mauby presb. libere cessum. a mon. S. Audoeni ejusd. Ord. et dioec. dependentem (Fr. 24 duc.).
R. ap. S. P. kal. Feb. 1606 P. an. II.

*Reg. bull. IV.* 63.

34. *Pastoralis officii.* - Paul. V petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. officiali Dolen. mandat ut cum collegio ex decreto Henrici Franc. regis christ. in civit. Redonensi pro haeresum extirpatione sub invocatione S. Thomae erecto uniat prioratum S. Mar. de Bregain O. S Ben. Dolen. dioec. a Georgio Lobel canon. Redonen. cessum, a mon. S. Florentii prope Salmoram d. Ord. Andegaven. dioec. dependentem. Fr. 200 duc. Pensio ann. 350 libr. Turonen. (150 duc.) Ferdinando Vicciara cler. reservata.
R. ap. S. P. non. Feb. 1606 P an. II.

*Reg. bull. IV.* 61.

35. *Cum alias nos.* - Paul. V, petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. concessam (cfr. n. 21) pro pio instituto agendi orationem 40 horarum in die domin. quinquagesimae indulgentiam plenariam ex-

tendit ad utramlibet duarum feriarum immediate sequentium ; in civit. vero Mediolanensi hujusmodi orationem infra 15 eos dies qui dominicam primam quadragesimae immediate praecedunt, 3 diebus arbitrio Generalis eligendis, haberi posse concedit. Praesentibus ad tempus in aliis litteris praescriptum et nondum finitum valituris.

R. ap. S. P. VII Feb. 1607 P. an. II.

(*Nota* : 3 Xbris 1611 SS. D. Paulus Papa V prorogavit ad septenn. a die publicationis inchoandum).

*Reg. bull. IV.* 40.

36. *Quae nobis significavit.* - Paul. V Iacobum episcopum Audomaren. laudat de consilio tradendi praeposituram Watenensem Patribus S. I. in Anglia laborantibus et significat se mandare archiepõ Damasceno Nuntio Ap. in Belgio ut cum Alberto archiduce illa de re agat.

R. ap. S. P. XIV kal. Mart. 1607 P. an. II.

*Miraei op. dipl.* III. p 493 - *Morus, Hist. S. I. Anglic.* p. 296.

37. *Ad apost. dignitatis apicem.* - Paul. V petente Cl. Aquaviva Pr. gen. S. I. confirmat unionem per litt. 28 Dec. 1605 factam cum coll. S. I. Caturcen. a Simeone Stephano Epõ Caturcen. ex communi voto cleri, capituli et omnium civitatis ordinum, consulum et ex decreto Henrici Franc. regis christ., prioratuum curatorum O. S. Ben. seu parochialium ecclesiarum S. Ioannis de Aricolio cum annexis de Clausaco a Ioanne Salansa cler. resignati, necnon S. Blasii de Crayssaco etiam cum annexis Caturcen. dioec. per obitum Petri Balmeler cler. vacantis. Fr. cuiuslibet 150 duc.

R. ap. S. P. III non. Apr. 1607 P. an. II.

*Reg. bull. IV.* 73. b.

38. *Expositum nobis nuper.* - Paul. V, petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I., concedit facultatem locandi in emphyteusim perpetuam pro coll. Flexiensi Andegaven. dioec. agros cuiusdam villae a prioratu S. Iacobi alias eidem coll. unito dependentis d. oppido vicinos, annui redditus 5 aureorum, ad fabricandas domos in evidentem utilitatem.

R. ap. S. P. VI Apr. 1607 P. an. II.

*Reg. bull. IV.* 48. b.

39. *In supremo apost. dignitatis.* - Paul. V petentibus nob. viro Iusto Ludovico a Turnone comite Rossilionei et domino in temporal. opp. Turnonii Valentinen. dioec. et Cl. Aquaviva Pr. G. S. I. cum academia et universitate stud. gener. a Francisco S. R. E. Cardinalium decano et Galliarum primate olim fundata et S[i] I. commissa unit prioratum S. Salvatoris in Rua O S. Ben. Viennen. dioec. provinciae Delphinatus ab Ant. Portal pr. Viennensi libere cessum. Prioratus conventualis, non tamen electivus a monast. S. Roberti Casae Dei eiusd. Ord. Claramonten. dioec. dependet. Accedat assensus Nic. de Neufville abb. seu commendatarii. Fr. 500 duc. Rector 300 libras (100 sc. aur.) persolvat annuatim duobus magistris in opp. S. Salvatoris in perpetuum conducendis qui pueros grammat. litteras et fidei rudimenta doceant, 3 aut 4 monachis prioratus alimenta et vicario perpetuo pensionem ann. 100 duc. praestet.
R. ap. S. P. XIII kal. Mai. 1607 P. an. II.

*Reg. bull. IV.* 66bis.

40. *Vitae ac morum honestas.* - Paul. V Nicolao de Neufville abbati monasterii S. Roberti Casae Dei super d. prioratu ann. pensionem 300 libr. reservat.
R. ap. S. P. XIII kal. Mai. 1607 P. an. II.

*Ibid.* 68. b.

41. *Magna quam in dies.* - Paul. V petente Henrico Franc. rege chr. mandat officiali Pictaven. ut cum coll. S. I. in civit. Pictavensi pro religionis ac devotionis incremento et haeresis eradicatione erigi coepto uniat prioratum S. Martini de Legugiaco O. S. Ben. Pictaven. dioec. a Gaspardo Lefranc cler. libere cessum. Fr. 250 duc. Accedat assensus Henrici Episcopi Maleacen. ad quem collatio pertinet; duos scolares saeculares sive regulares ab Epõ designandos manutenere, aut pensionem centum librarum Turonensium (303 sc. aur.) subministrare tenetur collegium.
R. ap. S. M. IV non. Maii 1607 P. an. II.

*Reg. bull. IV.* 55. b.

42. *Vitae ac morum.* - Paul. V Gaspardo Baillargeaux cler. Pictaven. reservat pensionem ann. 200 libr. Turonensium super

fructibus prioratus S. Martini de Legugiaco collegio S. I. Pictaven. uniti.
R. ap. S. P. IV non. Mai. 1607 P. an. II.

*Reg. bull. IV.* 110. b.

43. *Dudum fe. re. Clemens Papa VIII.* - Paul. V sacra anniversaria, vigilias mortuorum et exsequias et quaecunque alia onera spiritualia etiam cum coeremoniis cereis et cantu pro fundatoribus simplicis beneficii ad altare XII apost. in eccl. S. Aegidii collegio Graecensi S. I. per Clem. VIII uniti, commutat in unum sacrum missae sacrif. quotannis celebrandum.
R. ap. S. M. XXVII Iun. 1607 P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 49. b.

44. *Dudum fe. re. Clem. P. VIII.* - Paul. V *simili forma pro* eccl. B. Mariae monasterii SS. Trin. de Pletriarch collegio Labacensi unita.
R. ap. S. M. XXVII Iun. 1607 P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 50.

45. *In supremo Apostolicae.* - Paul. V officiali Pictaven. committit ut cum coll. S. I. d. civit. uniat prioratum S. Maxentii de Pamprolio O. S. Ben. Pictaven. dioec. a Simone Caillaud et Petro de Brilly clericis resignatum. Fr. 500 duc. Accedat assensus abb. seu perp. commendatarii monasterii S. Maxentii oppidi de S. Maxentio Ord. et dioec. praed. a quo prioratus dependet.
R. ap. S. M. kal. Iul. 1607 P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 57. b.

46. *Sedis Apost. providentia.* - Paul. V, petente rectore coll. S. I. Paderbonen. mandat officiali Paderbonen. ut in monasterio Falckenhagen a praedecessore (cfr. *Clem.* VIII, n. 136) partim d. collegio applicato, cuius canonici Cruciferi a fide apostatarunt, nomen et essentiam regul. supprimat, situm. structuram, aedificia, domum ecclesiae et fructus (500 duc.) annectat. Ecclesiae de parocho idoneo a rectore coll. providendum.
R. ap. S. M. XV kal. Aug. 1607 P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 70.

47. *Ad apost. dignitatis apicem.* - Paul. V petentibus Cl. Aquaviva Pr. gen. S. I. et rectore coll. Billomensis S. I. d. dioec. mandat officiali Claramonten. ut confirmet unionem d. coll. a Francisco Epõ Claramonten. factam prioratus de Moyssac O. S. Ben. d. dioec. qui conventualis non tamen electivus existit, nullam curam animarum annexam habet et a monast. S. Launaumari Blensensis eiusd. Ord. Carnoten. dioec. dependet; a Joanne des Cordes pr. Lemovicen. resignatus. Fr. 350 duc. Ius conferendi sacristiam ad abbatem d. mon. pertineat; rector uni ex monachis professis vestitum, victum et educationen in d. collegio ministret.
R. ap. S. M. pr. kal. Aug. 1607 P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 67.

48. A. F. R. M. *Iusta et honesta petentium votis.* - Paul. V pro collegio per Cl. Aquav. nominando (Massae) prov. Neapolitanae S. I. et domo prob. S. Andreae Romana confirmat compromissum inter priorem monasterii nunc. de capella Ord. S. Aug. congr. can. regul. S. Salvatoris in suburbiis civ. Neapolitan. et Domin. et Iul. de Terracinis seu Dom. de Terracinis alias de Battis super tenimento in loco nunc. al laco d'Agnano d. civ.
R. ap. S. M. XXIV Aug. 1607 P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 50. b.

49. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Paul. V in favorem collegii S. I. Montispolitiani, petente Francisco Maria presb. Card. Senensi nunc. prorogationem a Clem. VIII (cfr. n. 184) concessam in executione testamenti cuiusdam, ad quadriennium, elapso sexennio, extendit.
R. ap. S. M. XXVI Aug. 1607 P. an. III

*Reg. bull. IV.* 348. b.

50. *Pastoralis officii cura.* - Pauli V confirmatio et ampliatio privilegiorum coll. Anglicani de Urbe.
III non. Sept. 1607.

*Elench. bull.*

51. *In apost. dignitatis culmine.* - Paul. V officiali Rothomagen. mandat, petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. ut cum coll. S. I.

in d. civ. ex decreto Henrici Franc. Regis Christ. erecto uniat prioratum seu capellam regularem S. Blasii de Bacqueville O. S. Ben. dioec. Rothomagen. a mon. de Tironio eiusd. Ord. et dioec. dependentem, a Petro de Reivelles (Reveils) subdiac Montispesulen. resignatum. Fr. 24 duc. Accedat consensus abbatis seu perp. commendatarii d. monasterii.
R. ap. S. M. IV id. Sept. 1607 P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 65-*Fund. pr. Franc.*

52. *Ad apost. dignitatis.* - Paul. V petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. officiali Catalaunen. mandat ut cum coll. S. I. ex decreto Henrici Franc. Regis Christ. in civ. Remensi erecto uniat prioratum B. M. V. de Vaxeijo O. S. Ben. Catalaunen. dioec. ab Ant. de la Haye cler. resignatum, a monast. Pernensi vulgo de Montirodes eiusd. dioec. et ord. dependentem; accedat assensus Ludovici archiep. Remen. Fr. 50 duc.
R. ap. S. M. pr. id. Sept. 1607 P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 59. b-*Fund. prov. Camp. t.* 2. *Rhem.*

53. *Quam sit magnus.* - Paul. V Francisco Suarez pr. S. I. S. theol. doctori et in gymn. Conimbricensi professori, in procella quam libertas ecclesiastica perpessa est noctem lumine sanae doctrinae dissipanti et volumen quod theologum eximium ac pium exprimit mittenti, gratissimum fuisse sibi beneficium et opportune apud ecclesiam sibi commissam positum significat.
R. ap. S. M. II Oct. 1607 P. an. III.

*Malou, Fr. S. opusc. sex inedita,* 256.

54. *Magna quam in dies.* - Paul. V, petentibus Ioanne de Avila ac Mandoza Antoniae coniuge (cfr. Clem VIII, 73), Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I., rectore coll. S. I. Segobiensis, Joanne de Zauriqui religioso d. Soc., Joanne de Mendoça et Ferd. de Villafanae, mandat officiali Segobien. ut voluntatem Franc. de Monroy etiam de Solier commutans, in executionem ultimae voluntatis d. Antoniae, curet eam et d. Joannem de Avila cum d. Francisco in confundatores coll. S. I. recipi, eorum cadavera in capella maiori sed loco inferiore ac tumulo separato inhumari, insignia et arma in ecclesia collegii affigi etc.
R. ap. S. P. III kal. Dec. 1607 P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 81. b.

55. A. P. R. M. *Et fides et devotio.* - Paul. V petentibus Franc. Carletto et rectore coll. S. I. Pictavensis, domum eleemosinariae a S. Maria nunc. et a maioribus d. Francisci fundatam, inducta civitate anno 1218 ut ad primogenitos familiae de Carlettis in perpetuum spectaret, d. collegio concedit, omnia onera antiqua fundationis domus et eleemosinariae in preces, sacras missas et alia obsequia et ministeria, quae a Societate pro suis fundatoribus et benefactoribus fieri solent, commutat.
R. ap. S. P. XIII Dec. 1607 P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 73.

56. *Debitum pastoralis officii.* - Paul. V officiali Lexoviensi mandat ut prioratum S. Martini de Scacoleto alias S. Barbarae in Algia (Aulge) O. S. Aug. Lexovien. dioec. conventualem et cui annexa est cura animarum vac. per cess. Roberti de la Menavdiere clerici, collegio S. I. in urbe Cadomen. Baiocen. dioec. erecto annectat cum redditibus 1500 ducat. annuis.
R. ap. S. P. XIII kal. Ian. 1607 P. an. III.

*Fundat. pr. Franciae, Cadomi.*

57. A. P. R. M. *Ex debito pastoralis officii.* - Paul. V petentibus rectore coll. S. I. Colimbriensis et Ferd. de Lima rectore generali ecclesiae S. M. loci de Bordelo de Monte Braccharen. dioec. confirmat concordiam inter eos initam super lite de fructibus eccl. S. M. de Moreira (cfr. *Pauli III n°* 23) quam d. Ferd. videns se, de nobili genere procreatum neque habentem unde commode se sustentare valeret, sustinere non posse, rectorem convenit ut reservationi pensionis ann. 90 m. regal. consentiret.
R. ap. S. P. IX kal. Ian. 1607 P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 85. b.

58. *Coelestium munerum.* - Paul. V apostolicam benedictionem et indulg. plen. concedit pro missionibus S. I. Ad quadriennium (Cfr. Clem. VIII, n. 178).
R. ap. S. P. VIII Ian. 1608 P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 72. b.

59. Ad supplicationem Petri Millehard monachi prof. in monast. B. M. de Simorra O. S. Ben. et prioris prioratus S. Dodae

(cfr. Clem. VIII, n. 142) admittitur et conceditur ut fiat resignatio d. prioratus ad effectum unionis cum coll. S. I. Auxitano, quod vix in redditibus habet unde illius rector et collegiales sustentari possint. Pensio 200 aur. (180 duc.) d. Petro reservata.
R. ap. S. P. III id. Mart. P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 83.

60. *Gratos Domino.* - Paul. V petente Cl. Aquaviva Pr. G. S. I. mandat officiali Lombaricen. ut, vacante per translationem Francisci Episc. Sabinen. Cardinalis de Gyoiosa ad ecclesiam Rothomagen. sede episc. Tholosana, exsequatur petitam a capitulo Tholosan. ecclesiae unionem cum coll. S. I. Tholosano beneficii eccles. seu paroch. eccl. S. Laurentii de Cognaux et Villanova quae a civitate Tholosana unius leucae itinere distat, quam Nic. Giles rector prior resignare intendit. Fr. 150 duc.
R. ap. S. P. VII kal. Apr. 1608 P. an. III.

*Reg. bull, IV.* 77. b.

61. *Considerantes Religiosos S. I.* - Paul. V cum coll. S. I. ab Henrico Epõ Lemovicen. ut meliore contra haeresin quae in vicinia multas civitates infecit remedio anno 1598 erecto, relata a Petro Poyley canonico eccl. Lemovicen. d. collegii inopia, instantibus consulibus civitatis, unit prioratum conventualem, non tamen electivum S. M. de Altis Vallibus O. S. Aug. d. dioec. bellorum iniuria dirutum, a monasterio de Corona Engolismen. dioec. dependentem et a Mich. Auguereo cler. resignatum (fr. 24 duc.), et paroch. ecclesiam S. Pauli Mastigliaci a Lemovicensi civit. 7 milliar. distantem a Leon. Bandelle rectore resignatam (fr. 150 duc.) : huius cura per vicarium ad nutum rectoris collegii amovibilem, assignata congrua portione 50 ad 100 duc., exercenda.
R. ap. S. P. III non. Apr. 1608 P. an. III.

*Reg. bull. IV.* 79. b.

62. A. F. R. M. *Cum fidei catholicae rudimenta.* - Paul. V, petente Henrico Schereno S. I. prov. Rheni Provinciali, concedit Christi fidelibus provinciae Rheni et locorum circumvicinorum qui pueros christ. doctrinam docere consueverint ind. plenariam in die festo ab Ordinario loci vel ab eodem Provinciali designando, in ecclesiis S. I. si vere poenitentes et confessi, ss. Euch. Sacr. refecti fuerint

lucrandam, – item in mortis articulo – 7 annos et quadragenas semel in mense eadem conditione – docentibus diebus stationum Urbis, indulgentias stationum. Etc. Ad septennium.
R. ap. S. P. XXX Apr. 1608 P. an. III.
(*Nota.* Die 28 Iun. 1608 similis indulgentia pro prov. Mediolanensi. 12 Feb. 1611 Sanctissimus denuo concessit has indulgentias doctr. christ. pro provinciis Rheni, Gallobelgii et Flandrobelgii ad 7 annos, deletis his verbis : vel ab eodem Prov. in ecclesiis tamen et locis Soc.)

*Reg. bull. IV.* 84. b.

63. *Sedis apostolicae providentia.* – Paul. V petente Philippo Hisp. rege catholico, prohibitionem ne quis alia via ad Indias et Goam praedicandi causa accedat, quam per Lusitaniam, quum propagationis fidei negotio utilis non sit, tollit et iter per aliam viam concedit.
R. ap. S. M. XI Iun. 1608 P. an. IV.

*Bull. Rom.* — *Bull. de propag. fide I,* 444. *Elench. bull.*

64. *In supremo apost. dignitatis.* – Paul. V monasterium seu praeposituram Watinensem O. S. Aug. canon. regul. olim Morinen. a Pio V in erectione ecclesiae Audomaren. huic unitam, – in qua post eiectos anno 1577 inde septem religiosos per milites haereticos et ignem coniectum, omnibus fere aedificiis destructis, cultus omnis cessavit, duobus superstitibus quorum alter in aedibus Episcopi Audomaren. paraliticus, alter, Natalis Hautsollier, sexagenario maior in univers. Remensi sumptu eiusdem Ep. versatur, quum d. monasterium reparari non possit nisi 30 vel 40 florenis monetae Brabantiae, in domum prob. religiosorum S. I. verti concedit ; officiali Audomarensi committit ut de consensu Iacobi Ep. et nob. viri Alberti et nob. mul. Isabellae Clarae Eugeniae archiducum Austriae et Principum Belgii, et vocatis vocandis, suppressa essentia regulari, assignet et uniat d. praeposituram, separet a mensa episcopali bona ex d. praep. provenientia, redditus 3 m. fl. et d. domui applicet.
R. ap. S. P. IV kal. Iul. 1608 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 142 b. 346.

65. *Spirituali commoditati.* – Paul. V rectori et collegialibus coll. Ianuen. S. I. qui ecclesiam adhuc aedificare non potuerunt, in ipsius collegii oratorio, ab Ordinario prius visitando, per se ipsos

vel quemcumque sacerdotem saecularem missam celebrandi, exceptis Paschatis Resurrectionis, Pentecostes et Nativitatis D. N. I. Ch. festis diebus, licentiam concedit.
R. ap. S. P. XXVIII Iun. 1608 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 85.

66. *Ex debito pastoralis officii.* - Paul. V officiali Taurinen. mandat, petentibus Cl. Aquaviva Pr. Gen. et rectore coll. S. I. in civ. Taurinen. quatenus cum d. coll. uniat capellam S. Brigidae in Taurinen. versus portam Sutinam et prope domum Amedei de Parella consistentem, cuius iuspatronatus ex haereditate testamentaria quondam Abrami Beviti ultimi patroni laici ad rectorem d. coll. pervenit, et quia ob illius antiquitatem et murorum putrefactionem ac humiditatem restaurari nullo modo potest, eam prophanari decernat, altari, nomine etc. ad aliam capellam sub eadem invocatione in eccl. collegii translatis, missarum aliisque oneribus in solita S. I. commutatis. Fr. 24 duc.
R. ap. S. M. XIV kal. Aug. 1608 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 178. b.

67. *Ex iniuncto nobis.* - Paul. V vicario generali Tropien. committit confirmari pro coll. S. I. Tropiensi unionem a Thoma Epõ factam ecclesiarum sine cura S. Nicolai de catholica nunc. pro divinis ministeriis exercendis, necnon pro scholis et congregationibus S. Petri Torpien., de consensu Ioannis Tarquenii Spoletan. et Ant. de Regio. Fructus nulli.
R. ap. S. M. X kal. Oct. 1608 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 94. b.

68. A. F. R. M. *Ut presbyteri S. I.* - Paul. V presbyteris S. I. ad insulam Corsicam tam suo quam aliorum Rom. Pontificum iussu missis et mittendis facultates concedit (Cfr. Clem. VIII. n. 164). Ad annos septem.
R. ap. S. M. XIV Oct. 1608 P. an. IV.
(*Nota* : renovatae ad 7 annos, 11 Iul. 1615).

*Reg. bull. IV.* 86. b.

69. *Pastoralis Officii cura.* - Paul. V, petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. mandat officiali Agennen. ut dissolvat unionem par.

eccl. S. Stephani de Loupgrate a Clem. VIII (n. 143) cum coll. Agennensi S. I. factam, qui locus diei itinere eoque valde lutoso a civ. Agennensi distat, uniatque cum d. coll. eccl. par. S. Ioannis oppidi de Proeyssas (?) eiusd. dioec. 2 tantum locis distantem haereticis circumdatam. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. III non. Dec. 1608 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 117. b. — *Fund. pr. Aquitan. t.* 1.

70. *Vitae ac morum.* - Paul. V Stephano Lale presb. Agennen. dioec. par eccl. S. Ioannis resignanti ecclesiam par. S. Stephani de Loupgrate assignari mandat.
R. ap. S. P. III non. Dec. P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 120.

71. *Ex pastoralis officii.* - Paul. V cum collegio Ambianensi S. I. ex decreto Henrici Franc. reg. christ. erecto unit capellanias S. Quintini in sac. eiusd. S. Quint. in burgo Ambianensi, S. Mariae Virginis de Rosa nunc. in claustris Ambianen., et de Gony alias La Corbiere nunc. in eccl. S. Martini loci de Pinconio (Picquegny ?) a capellanis Nic. Le rois et Franc. Hennebert, et prioratum loci Foresti monasterii O. S. Ben. a Ioanne Le rois canonico Ambianensi, et capellaniam ad altare B. M. V. in eccl. S. Firmini opp. seu loci de Vinacourt a Bern. Maille resignata. Fr. prioratus 200, capellaniarum 24 duc.
R. ap. S. P. kal. Dec. 1608 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 113. b.

72. *Pastoralis officii cura.* - Paul. V officiali Bracharen. committit ut cum coll. S. I. d. civit. ex quo ad messem in China et Iapponia operarii mitti solent, uniat ecclesias paroch. S. Mametis (Mamerti) de villa Cham et S. Petri de Anieso (Ariezo) Portugallen. dioec. Fr. 240 duc. Rector quotannis summam quam Pr. Gen. S. I. necessariam duxerit uni vel pluribus collegiis vel probat. domibus Iapponiae et Chinae per eumdem nominandis loco pensionis annuae solvet ; duae vicariae perpetuae cum portione 100 duc. pro qualibet erigendae.
R. ap. S. P. III non. Dec. 1608 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 95. b. — *Fund. pr. Lusit t.* 2.

73. *Pastoralis officii cura.* - Paul. V officiali Eysteten., petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. mandat ut confirmet unionem ab Epõ Ratisbonen. cum coll. S. I. Ingolstadiensi d. dioec. factam vacantis parochialis eccl. loci seu pagi de Menzoga Ratisbonen. dioec. in qua eccl. ius advocati ac etiam patronatus et pro aequali portione cum rectore d. ecclesiae a rusticis pagi decimas, quae ad 200 duc. auri de camera ascendunt percipiendi d. collegio competebat, litibus inter rectorem et rusticos per plures annos gestis. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. X kal. Ian. 1608 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 91.

74. *Considerantes Religiosos S. I.* - Paul. V, petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. mandat officiali Ebredonen. ut cum coll. S. I. in d. civitate ex decreto Henrici Franc. regis christ. contra haeresin erecto uniat prioratum B. M. de Pinu O. S. Hieronymi Vapincen. dioec. ab Ugone Iuvene nuper Priore qui illum a 20 annis obtinebat resignatum, in quo unus religiosus d. Ord. residet; bona ab haereticis et laicis occupata, aedificia diruta. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. III non. Ian. 1608 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 92. b.

75. *In apost. dignitatis culmine.* - Paul. V, petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I., officiali Lugdunen. mandat ut cum coll. S. I. in opp. Rouanne novissime ex decreto Henrici Franc. regis christ. canonice instituto uniat prioratum S. Martini de Riorgiis (?) O. S. Ben. Lugd. dioec., cura et conventu carentem, a mon. B. M. Ahanaten vulgo Daysnois d. Ord. et dioec. dependentem, ab Ant. Parano cler. Nemausen resignatum. Fr. 24 duc
R. ap. S. P. V id. Ian. 1608 P. an. IV.

*Reg bull. IV.* 89. b.

76. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Paul. V privilegium altaris privilegiati a Greg. XIII 16 kal. Apr. P. an. XI concessum ecclesiae Visitationis B. M. insignis oppidi Halensis Brixinen. dioec. per Magdalenam Archiduc. Austriae a fundamentis erectae et coll. S. I. in d. opp. canonice erecto adscriptae, ad aliam sub invoc. omn. SS. noviter erectam et ad altare per Provincialem Austriae eligendum transfert.
R. ap. S. P. XXV Ian. 1609 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 87.

77. *Universo gregi dominico.* – Pauli V mandatum patriarchis archiepiscopis, episcopis et eorum vicariis et officialibus ut missionum S. I. opus promovere studeant et benigno favore prosequantur operarios.
III Apr. 1609.

*Elench. bull.*

78. *Gratos Domino.* – Paul. V Vicario gen. Archiep. Firman. petentibus communitate et hominibus d. civ. committit ut cum coll. S. I. Firmano uniat parochialem eccl. S. Salvatoris cum illius domo paroch. seu rectorali, quo commodior locus ad futuram collegii institutionem nullus est. Fr. 200 duc. Consensit Alexander S. Laur. in Damaso Diac. Card. Montalto nunc. S. R. E. Vice Canc. qui Farfen. et illi annexum S. Salvatoris monasteria O. S. Ben. nullius dioec. in commendam obtinet. Cura animarum ad viciniores parochias transferatur.
R. ap. S. P. X kal. Maii 1609 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 104. b. 106. b

79. *Pastoralis officii cura.* – Paul. V, petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. officiali Pictaven. committit ut cum. coll. novissime ex decreto Henrici Franc. reg. christ. in opp. Roanen. erecto uniat prioratum S. Petri loci Duigonnay O. S. Aug. Pictaven. dioec. a Nic. Bidault cler. resignatum. Fr. 400 duc. Nicolao ann. pensio 600 libr. Turonensium reservata ; vicario perpetuo dos 50 ad 100 duc. assignanda.
R. ap. S. P. IV kal. Maii 1609 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 116.

80. *Exponi nobis nuper.* – Paul. V, exposito per Cl. Aquavivam Pr. Gen. S. I. collegium S. I. Neapolitanum gravi aere alieno sub cambiis ad summam 20 m. duc. gravatum reperiri, cuius ratione rector annuum interesse ultra 7 scut. pro quolibet centenario persolvit, neque bono stabilia in urbe possidere super quibus annui census redimibiles ad minorem rationem imponantur, concedit ut census ad 20 m. duc. imponantur super bonis collegii Romani, infra septennium tamen redimendi.
R. ap. S. M. XXIII Maii 1609 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 97.

81. *Cum nonnulli presbyteri S. I.* - Paul. V Claudio Aquaviva Pr. Gen. S. I. pro presbyteris S. I. in partibus CPlitanis concedit varias facultates absolvendi, dispensandi.
R. ap. S. M. XXIII Maii 1609 P. an. IV.

*Reg. bull. IV.* 89.

82. A. P. R. M. *Ad pastoralis officii.* - Paul. V collegium S. I. in civ. Firmana, post plures tractatus inter Virg. Caeparium S. I. et Priores et Regulatores civitatis de consilio Cardinalium super bono regimine status ecclesiastici deputatorum habitos (citantur instrumenta 16 Apr. 1595, 9 Sept. 1603, 14 Sept. 1605, 14 Mart. 1609 etc.) erigit et conventiones confirmat. — Archiepõ Firman. Epõ Camerinen. et caus. cur. cam. apost. executionem committit.
R. ap. S. M. VI Iun. 1609 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 99. b.

83. Dominicus Epûs Ostien. Pinellus, Fr. Hieron. Bernerius Ep. Portuen. Asculanus, Rob. tit. S. Mar. in via Bellarminus etc. S. R. E. Cardinales.. generales Inquisitores P. Ludovico Michaeli S. I. provinciae Lugdun. Provinciali ut in singulis collegiis civit. Avenionis et aliarum comitatus Venayssini D. Societatis aliquos sacerdotes constituat qui haereticos absolvere possint ad triennium concedunt.
R. in congr. gen. Inquis. id. Aug. 1609 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 112. b.

84. S. Congr. ep. et reg. decr. pro facultate erigendi collegium S. I. in civ. Stabiensi sive Castri Maris, non obstante constitutione Clem. VIII nec vocatis caeteris regularibus.
2 Sept. 1609.

*Elench. bull. sub die* 8 *Maii* 1606.

85. *Cum quanta ex institutis.* - Paul. V vicario gen. Episc. Regien. committit, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. Regien. et Ioanne Paulo Roscio rectore eccl. S. Georgii d. civit., ut cura animarum ad vicinas parochias translata et fructibus dismembratis, d. ecclesiam a d. Paulo resignatam cum domo rectorali, hortis aliisque pertinentiis intus civitatem, uniat cum d. collegio.

Fr. 200 duc. super quibus annua pensio 50 sent. ad rationem 7 libr. et 15 solid. imperial. Hippolyto Castellio cler. reservata.
R. ap. S. M. III non. Sept. 1609 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 153.

86. *In suprema apost. sedis.* - Paul. V, petente Claudio Aquaviva Praep. Gen. S. I. mandat officiali Argentinen. quatenus confirmet factas collegio Moleshaemen. Argentin. dioec., cui Ioannes b. m. episcopus Argentinen. bona quaedam incorporari a Greg. XIII (cfr. n. 267) impetraverat, alias uniones, facultates, fundationem, dotationes tam Gregorii quam Ioannis et Caroli Cardinalis a Lotharingia et episcopi nomine.
R. ap. S. M. XVII kal. Oct. 1609 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 246. b. — 251. b.

87. *Expositum nobis nuper.* - Paul. V Rectori et collegialibus collegii S. I. Perusini facultatem concedit retrocedendi de consensu Pr. Generalis ex 20 m. scut. ab Ant. M. Guagi eiusd. soc. religioso post vota d. collegio partim in censu partim a fratre germano Salvatore exigendis donatis censum annuum redimibilem 3 m. scut. in proprietate, quem Aquaependentis et Vulsinii terrarum Perusin. dioec. communitates et homines vendiderunt.
R. ap. S. M. 1 Oct. 1609 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 121. b.

88. A. P. R. M. *Pastoralis officii cura.* - Paul. V, petentibus Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. et rectore dom. prob. in civ. Adriensi et Praeposito et clericis congregationis oratorii S. M. in Vallicella de Urbe, dissolvit unionem monasterii S. Ioannis in Venere nunc. O. S. Ben. Theatin. dioec. cum d. congregatione quae ob locorum distantiam commode illius curae attendere nequit, unitque cum d. domo prob. Fr. ad 1500 fl. taxati.
R. ap. S. P. XIV kal. Nov. 1609 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 131

89. *Pastoralis officii debitum.* - Paul. V officiali Nemausen. committit ut cum domo prob. S. I. Tholosana uniat prioratum S. Petri de Meyruyes O. S. Ben. Nemausen. dioec. a Fr. de Rons

cler. resignatum, a mon. S. Guillelmi de Desertis eiusd. Ord. Lodonen. dioec. dependentem. Fr. 24 duc.
R. ap. S. M. XII kal. Nov. 1609 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 191. b.

90. *Ex pastoralis officii.* - Paul. V officiali Rothomagen. committit unionem cum domo prob. S. I. in civitate Rothomagensi ecclesiae seu capellae prioratus nunc. B. M. de Bosco intra limites parochiae S. Opportunae O. S. Aug. Canon. regul. Ebroicen. dioec. quae a prioratu S. Laudi de Burgo Acardi (Bourgachard) d. Ord. Rothomagen. dioec. dependet, et per liberam resignationem Riccardi de Sanct Laurent canonici d. Ord. vacat. Fr. 24 duc.
R. ap. S. M. XII kal. Nov. 1609 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 175. b.

91. *Ad apost. dignitatis.* - Paul. V, petentibus Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. et rectore domus prob. in civ. Tolosana officiali Caurien. committit ut prioratum S. Dionysii loci de Concoreto O. S. Aug. canon. regul. Caturcen. dioec., a mon. S. Ambrosii Bituricen. eiusd. ord. dependentem, post obitum Deodati Mauri Prioris, collegio S. I. in civ. Caturcensi ex decr. Henrici Franc. reg. christ. erecto unitum, lite postea inter Nic. Ponsonium canonicum d. mon. d. prioratus provisionem praetendentem et rectorem collegii, utroque consentiente, d. domui prob. uniat. Fr. 200 duc.
R. ap. S. P. VII id. Nov. 1609 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 122.

92. *Ad apost. dignitatis.* - Paul. V, petentibus Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I., Ignatio Armando Provinciali prov. Franciae, Petro Le Charpantier subpriore necnon conventu prioratu S. Martini de Escagioletto, alias S. Barbarae in Algia O. S. Aug. canon. regul. Lexovien dioec. officiali Lexovien. committit confirmandam concordiam de d. prioratu a Rob. de la Menardiere Cler. resignato et collegio S. I. in opp Cadomensi d. dioec. unito initam, ut instrumento manu Petri de Choturier not. publ. 6 Iul. rogato continetur. Fr. 1600 duc.
R. ap. S. P. V kal. Dec. 1609 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 127. b.

93. A. P. R. M. *Pastoralis officii cura.* - Paul. V super testamento Bernardi Onza laici Ianuen. quo a fratre germano Ioanne Thoma haerede per 40 annos rectori domus prob. S. I Ianuensis a d. Bernardo fundatae exbursari debebant 1500 librae mon. Ianuensis, a rectore convertendae in tot libris pagarum S. Georgii donec pervenirent ad 100 m. libras et tunc investiri in tot censibus seu redditibus annuis quot deservirent pro domo et novitiis, nisi Ioannes Thomas mallet unica vice solvere 30 m. libras, — quum d. Ioannes haereditatem adire neglexerit et bona quaedam in ea reperta ad ipsum haereditario iure spectare praetendat — confirmat transactionem, commutando testatoris voluntatem, vdl. unicam solutionem 22 m. libr. — Archiepõ Ianuen, Epõ Savonen. sive eorum vicariis generalibus et cur. caus. cam. apost. gen. aud. exec. committit.
R. ap. S. P. I Dec. 1609 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 124 b.

94. A. P. R. M. *Inter curas multiplices.* - Paul. V, petente Ferdinando, archiduce Austriae, qui Graecense collegium S. I. perfecit, seminarium alumnorum pontificiorum a Greg. XIII in d. oppido dotavit et quoddam seminarium seu domum pro pauperum scholarium qui ferdinandei nuncuparentur in d. collegio receptione erexit, concedit ut hi alumni, licet titulum beneficii ecclesiastici non habeant et Ordinarii in concedendis litteris dimissorialibus difficiles existant, possint promoveri extra tempora, sine interstitiis, absque titulo et dimissorialibus, si testimonio rectoris et superioris d. seminarii commendentur.
R. ap. S. Petr. I (?) Dec. 1609 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 234.

95. *In sede principis apostolorum.* - Paul. V honores beatorum decernit Ignatio de Loyola et fac. recitandi off. et celebrandi missam de conf. non pontifice concedit.
R. ap. S. P. III Dec. 1609 P. an. V.

*Acta SS. Iul. VII. p.* 609. *Elench. bull.*

96. A. F. R. M. *Ex debito pastor. officii.* - Paul. V confirmat concordiam initam inter rect. et collegiales coll. S. I. Cusentin. et abbatissam seu priorissam et conventum S. Clarae, super lite coram Ordinario uti iudice per cardinales super negotiis Epõrum et

regul. deputatos delegato, de fabrica eccl. d. coll. Sc. pars quam facciatam vocant platea 150 palmorum a domibus quae Antonini de Venetia fuerunt dividatur ; priorissa 200 ducatos collegio solvat. — Archiepõ Cusentin. Epõ Bisignanen. et cur. caus. cam. ap. gen. aud. exec. committit.
R. ap. S. P. XXV Ian. 1610 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 136. b.

97. A. F. R. M. *Animarum saluti* - Paul. V praedecessorum vestigiis inhaerens, Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. pro quibuscunque Oceani Indiis aut Sinarum regione vel Brasilia indulgentias et facultates concedit. Ad 20 annos a data praesentium valituris.
R. ap. S. P. XI Feb. 1610 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 170. b.

98. *Ex. injuncto nobis.* - Paul. V Epõ Watfordien., petente Pr. Gen. S. I. committit ut religiosis S. I. in regno Iberniae pro conservatione et propag. fidei cath. summis cum vitae periculis versantibus nec certum domicilium habentibus ecclesiam paroch. S. Petri Watfordien. ex vetustate collabentem ideoque iam dudum sine cura animarum concedat et assignet. Fr. 24 marcae sterlingi.
R. ap. S. P. XIII kal. Apr. 1609 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 138. b.

99. A. P. R. M. *Pastoralis off. cura.* - Paul. V confirmat transactionem inter rect. coll. S. I. Bruntruten. a Iac. Christophoro Epõ Basilien. erecti et ex redditibus omnium ecclesiarum aliquibus portionibus annuis sublevandi atque abbatem et conv. mõnii Bellelagien. Cistercien. ord. Basilien. dioec., qua d. monasterium solvet in proxima fest. S. Martini mille libras Basileenses cum pensione 10 mod., 50 libras cum dimidia pensione quatuor annis sequentibus, in reliquum a quavis solutione eximitur.— Epõ Lausanen. cur. caus. cam. ap. gen. auditori et praeposito saecul et collegiatae eccl. opp. Lucernen. Constantien dioec. exec. committit.
R. ap. S. P. I Apr. 1610 P. an. V.

*Reg .bull. IV.* 140.

100. *Ad augendam fidelium.* - Paul. V fidelibus qui aliquam ex ecclesiis prov. Iapponen. in quibus sacramenta Ecclesiae admi-

nistrantur, in Nativ. Domini ac invocationis ipsius eccl. visitaverint, plenariam indulg. concedit, in secundo Paschatis Resurr. Dominicae et primo Pentecostes festis diebus 10 ann. et quadragenas ; singulis feriis sextis, sabbatis et dominicis totius anni ac in singulis D. N. I. Ch. et B. M. V. Invent. S. Crucis, Dedicationis etc. festis, 100 dies.
R. ap. S. P. XIV Apr. 1610 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 136.

101. *Ex iniuncto nobis.* – Paul. V officiali Rothomagen. mandat ut confirmet concordiam initam inter Iac. Vermiel canonicum prioratus S. Ioan. Ev. de Aurelio O. S. Aug. can. regul. Lemovicen. dioec. collegio S. I. Lemovicensi perpetuo uniti et Rob. Carpentier rectorem coll. S. I. Parisien. super prioratu de Montalto de Aurelio dependente, de quo post obitum Ant. Poussin Prioris de Montalto d. Iacobo ordin. auctoritate provisum fuerat, d. vero Robertus eumdem prioratum apost. auctoritate sibi regendum commendari obtinuerat : sc. uterque iure suo cedit sub multis conditionibus, prioratus ipsi collegio Parisien. unitur (fr. 50 duc.) Pensio annua 40 solid. collegio Lemovicen. reservatur.
R. ap. S. M. VIII id. Apr. 1611 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 180.

102. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Paul. V confraternitati sub invoc. B. M. V. utriusque sexus fidelium in eccl. S. Petri prop. Iapponen. instituendae in diversis pietatis et charitatis operibus se exercentium indulgentias concedit in die ingressus, mortis articulo, festo S. Petri, Concept. Nativ. Annunt. et Assumpt. B. M. V., pro variis operibus. Perpetuo valituris, nullis, si alia indulg. iam concessa sit, vel confraternitas alteri aggregetur.
R. ap. S. M. XV Apr. 1610 P. an. V.
(*Nota.* Eodem die expeditae fuerunt similes indulg. pro confr. S. Mariae in eccl. S. Ioannis Bapt. et pro alia in eccl. S. Antonii.

*Reg. bull. IV.* 133. b.

103. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Paul. V *simili forma*.... confraternitati.... in ecclesia S. Mariae.... mortis articulo, festo Annunt. Conc. Nativ. Purif. et Assumpt. B. M. V.
R. ap. S M. XV Apr. 1610 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 134. b.

104. *Exponi nobis nuper.* - Paul. V de bonis a Petro Fr. de Mera, valoris 8 m. redditus vero 300 duc., relictis et de bonis ab eius haeredibus, Sebastiano de Mera presb. fratre germ. et Magdalena sor., valoris 7 m. redditus vero 250 duc. monetae hispan. destinatis ad fundationem monasterii virginum in opp. de Almagro, null. dioec. provinciae Toletan. iurisdictionis prioratus de Calatrava Ord. seu sub regula Cistercien., licentiam denegantibus superioribus ordin. regni Hispan. pro fundatione parum utili, committit archiepõ.... ut in collegii S. I. in d. opp. erecti utilitatem convertat, Magdalenae promissa relaxet, voluntatem Petri Fr. commutet.
R. ap. S. P. VI Maii 1610 P. an. V.

*Reg. bull. IV.* 141. b.

105. *In suprema Sedis Apost.* - Paul. V officiali Rothomagen. committit, petentibus Catherina de Clevia ducissa Grusiae (Guisiae) comitissa de Ango (Augo) et Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I., ut cum coll. S. I. in opp. de Ango alias Doen (d'Œu) Rothomagen. dioec. a d. Catherina et Henr. a Lotharingia Brutiae (alias Brusiae) duce eius marito erecto uniat par. eccl. loci de Monchiaco seu de Monchi d. dioec., quae de iurepatronatus d. ducissae existit, a Ioanne Fave alias Drouce rectore eius resignatam (fr. 400 duc.) et cappellam S. Eustachii loci de Totin in districtu parochiae S. Martini per Caroli Caron obitum vacantem (fr. 24 duc.), quae sine cura est et personalem residentiam non requirit. In d. par. eccl. vicaria perpetua cum congrua portione 50 ad 100 duc. instituenda.
R. ap. S. M. pr. kal. Iul. 1610 P. an. VI.

*Reg. bull. IV.* 150. b.

106. A. P. R. M. *Ut in cunctis Christifidelibus.* - Paul. V, petentibus Priore et fratribus domus S. M. Hierusalem Capuan. Ord. Servorum et rectore et collegialibus coll. Neapolitani S. I., confirmat concordiam inter eos initam super defensa Barunculo et nemore Cerrito, 28 Dec. 1593 d. domui donata, a Ruberta Carafa, ducissa Madaluni, cum 16 Ian. 1593 5 m. sc. annua super bonis suis d. collegio donasset. - Archiepõ Neapolitan. Epõ Aversan. et cur. caus. cam. ap. gen. auditori exec. committit.
R. ap. S. M. XXVI Aug. 1610 P. an. VI.

*Reg. bull. IV.* 145.

107. *Pastoralis officii cura.* - Paul. V primicerio eccl. Neapolitan. et vic. gen. Archiepiscopi, committit ut attentis litt. Pauli II *Cum in omnibus iudiciis*, confirment concordiam initam inter Priorem et canonicos monasterii S. M. de capellis in suburbiis Neopolit. O. S. Aug. can. reg. Congreg. S. Salvatoris necnon rectores domus prob. SS. Andreae et Vitalis de Urbe ac collegii Massalubren. S. I. super quadam massaria in territ. Neap. juxta haeredum quondam Vinc. Caporalis ac Franc. et Anelli de Terracinis necnon collegii S. I. bona lacumque Anagni sita, ad d. monast. spectante, a Iulio et Domin. de Terracinis pretio 27500 duc. partim d. domui prob. partim d. collegio vendita.
R. ap. S. M. XIV kal. Sept. 1610 P. an. VI.

*Reg. bull. IV.* 156.

108. *Magna nos in Domino.* - Paul. V Godefrido Epõ Bambergen. gratulatur quod ad reformationem cleri et adolescentulorum educationem cogitaverit de coll. in d. civitate erigendo sub disciplina atque custodia sacerdotum S. I. Hortatur ut sedulo et mature rem perficiat.
R. ap. S. M. pr. non. Sept. 1610 P. an. VI.

Weber, *Gesch. der* .. . *Schulen im* .... *Bamberg*, 583. *Reg. bull. IV.* 148 b.

109. *Ex pastoralis officii.* - Paul. V officiali Ambianen. committit ut cum coll. S. I. in civ. Ambianensi ab Henr. IV Franc. reg. christ. introducto uniat perpetuam capellaniam sub inv. S. Nicolai in par. eccl. oppidi seu loci de Parlewicz (Parvillers) d. dioec. a Car. de Vasquez capellano, et prioratum S. Dionisii O. S. Ben. d. dioec. a mon. dicto Momoncier dependentem et a Io. Le Roy canon. et camerario eccl. Ambianen. resignatos. Fr. 24 duc.
R. ap. S. M. III id. Sept. 1610 P. an. VI.

*Reg. bull. IV.* 149.

110. *Gratos Domino.* - Paul. V officiali Bambergen. committit ut cum coll. S. I. in d. opp. a Baldassare abbate monasterii S. Bonifacii O. S. Ben. eiusd. opp. construi coepto uniat duo in S. Crucis Nunfololen. et alia tria (praebendas canonicales nunc.) in sanctae ecclesiae Rostaufen. collegiatis aliudque ad S. Iacobi in conventuali S. Catherinae arcis Fulden. ecclesiis, necnon aliud in capello arcis

Fulden et aliud ad trium regnum (regum) et aliud ad S. Crucis, et aliud ad S. Nicolai et reliquum ad eiusd. S. Catherinae altaria in par. eccl. S. Blasii opp. Fulden. nullius dioec. provinciae Maguntin. perpetua simplicia beneficia ecclesiastica, quorum collatio ad d. abbatem spectat. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. kal. Dec. 1610 P. an. VI.

*Reg. bull. IV.* 158.

**111.** *Ex iniuncto nobis.* - Paul. V suo in Urbe illiusque districtu vic. gen. committit ut, attentis litt. Pauli II *Cum in omnibus*, petentibus Salv. Riccio presb. et procur. S. I. provinciae Rom. rectore coll. Florentini et Barthol. Barolio cive Romano confirmet venditionem d. Bartholomaeo pretio 750 sc. ad rationem 10 iul. pro quolibet sc. factam domus in burgo S. Petri (cfr. Clem. VIII, n. 31), licet in eventu alienationis monasterium S. M. Angelorum burgi S. Frediani Florent. O. S. Ben. collegio Florentin. substitutum fuerit in testamento Laurae de Buttiferra.
R. ap. S. P. kal. Ian. 1610 P. an. VI.

*Reg. bull. IV.* 161. b.

**112.** A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Paul. V, petentibus rectore, lectoribus deputatis et conciliariis universit. stud. gen. Colimbrien. et rectore, presbyt. et professoribus coll. S. I. etiam Colimbrien. membri d. universitatis, confirmat concordiam inter eos initam super fabrica scholarum hum. litter. et artium liberalium d. collegii, ad quam Philippus Hisp. et Portug. et Algarb. rex cath. 5 Iul. 1604 praeceperat ex universitatis redditibus quotannis 3 m. sc. usque ad summam 20 m. sc. solvi, et 20 Oct. 1609 recusantibus obtemperare iterato praeceperat. Sc. solventur 20 m. sc., sed si non sufficiant ad perfectionem fabricae collegium renuntiat omnibus mandatis regiis super hoc in futurum obtinendis.
R. ap. S. P. 1 Feb. 1611 P. an. VI.

*Bull. Rom.* *Reg. bull. IV.* 159. b.

**113.** *Pastoris officii debitum.* - Paul. V officiali Patavien. petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. committit ut cum coll. S. I. in oppido Lincii Patavien. dioec. uniat monast. olim monialium de Pulgary prope et extra muros d. oppidi a tunc existente monasterio S. Spir. prope et extra portam Carinthiacam nunc. Viennen. depen-

dens et a Mathia Hungariae rege illustri d. coll. assignatum ; in primodicti superiori tunc 18 moniales, in inferiori vero partibus unus Prior cum 5 sacerd. degere necnon 14 pauperes recipi consueverant ; secundo dictum anno 1528, d. civitate a Turcis obsessa, eversum et a 6 aut 7 pauperibus occupatum. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. III non Mart. 1610 P. an. VI.

*Reg. bull. IV.* 173.

**114.** A. P. R. M. *Christifidelium votis.* - Paul. V petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. confirmat concessionem et instrumentum (italice) de emphiteusi perpetua, facta anno 1610 indict. 8 secundum Genuae cursum die Merc. 2 Mart. in palatio ducali, viridarii publici in terra veteri Pastitae in Corsica pro aedificatione eccl. et coll. S. I. — Ioannes Petr. Serra, gubernator gener., Ant. Pernabo S. I. deputatus a P. Claudio, etc.
Tusculi VI Mai 1611 P. an. VI.

*Reg. bull. IV.* 166. b.

**115.** A. P. R. M. *Sedula Romani Pontificis.* - Paul. V consulens universitati Dolensi provinciae Burgundiae, petente Alberto archiduce, presbyteris S. I. et fratribus minimis S. Fr. de Paula interdicit ne in collegio et domo civitatis Bisuntinae philosophiam vel theologiam publice vel secrete praeterquam suos religiosos doceant.
R. ap. S. M. XVII Iun. 1611 P. an. VII.

*Bull. Rom.*

**116.** *Dum quanta ex institutis.* - Paul. V vic. gen. Archiep. Capuan., petente Cl. Aquaviva Pr. gen. S. I., committit ut cum coll. S. I. in d. civ. ad instantiam communit. et hominum a d. Cl. instituto, quod ecclesiam adhuc non habet, uniat saecularem et collegiatam eccl. S. Ben., in qua una abbatia saec. et 12 canonicatus et totidem praebendae, quorum collatio ad Ang. Ciaiam abb. d. eccl. spectat et insimul fr. 600 duc. reperiuntur, nomen collegiatae eccl. supprimat, canonicos cum mensa capitulari ad aliam eccl. ab Archiepõ designandam transferat.
Tusculi VI id. Iul. 1611 P. an. VII.

*Reg. bull. IV.* 164.

**117.** A. P. R. M. *Ex debito pastoralis officii.* - Paul. V prioratum conventualem oppidi S. Salvatoris in Rua O. S. B. Viennensis dioec. vac. per cession. Antonii Portal, collegio S. I. oppidi Turnonen. Valentinen. dioec., reservata annua portione 100 scutorum monasterio S. Roberti casae Dei d. O. dioec. Claromontan. iuxta concordiam mutuam stabilitam de novo annectit.
R. ap. S. P. kal. Oct. 1611 P. an. VII.

*Fund. Tolosan. t. III.*

**118.** Petitur confirmatio concordiae inter abbatem monasterii maioris O. S. B. prope et extra muros Turonen. et rectorem coll. S. I. Ambianensis super prioratu S. Dionysii Ambianen. d. collegio unito. — Fiat ut petitur.
R. ap. S. P. VIII kal. Dec. 1611 P. an. VII.

*Reg. bull. IV.* 186. b.

**119.** *Coelestium munerum thesauros.* - Paul. V concedit apost. benedictionem et indulg. plen. una vice religiosis S. I. in diversas partes mittendis et fidelibus ad eos accedentibus. Ad quadriennium (Cfr. n. 58).
R. ap. S. P. XXVIII Nov. 1611 P. an. VII.

*Reg. bull. IV.* 5. b.

**120.** Petitur confirmatio concordiae inter abb. mon. S. Roberti casae Dei O. S. Ben. Claramonten. dioec. et rect. coll. S. I. Turnonii super prioratu conventuali S. Salvatoris in Rua O. S. B. Viennen. dioec. d. collegio unito. — Fiat ut petitur.
R. ap. S. P. kal. Dec. 1611 P. an VII.

*Reg. bull. IV.* 189. b.

**121.** *Ad ea ex apost. servitutis officio.* - Paul. V officiali Pictaven. mandat quatenus litteras unionis prioratus S. Mart. de Ligugiaco cum coll. Pictaven. S. I. a data praesentium valere decernat perinde ac si in eisdem quod d. prioratus electivus non existebat expressum fuisset.
R. ap. S. P. III non. Dec. 1611 P. an. VII.

*Reg. bull. IV.* 177. b. *Fund pr. Aquitan. t. II. Pictav.*

**122.** *Splendor paternae gloriae.* - Paul. V indulgentiam perpetuam pro ecclesiis S. I. in festo invocationis concedit.
R. ap. S. P. XVI Dec. 1611 P. an. VII.

*Nov. bull. S. I.* 135. *Reg. bull. IV.* 178.

**123.** A. P. R. M. *Cum sicut accipimus.* - Paul. V iuvenum congregationi, quae in eccl. S. Ignatii episcopi et mart. collegii S. I. Ingolstadien. sub denominatione Colloquii B. M. V. canonice instituta existit, cuius dilecti filii iuvenes sodales in variis pietatis et caritatis operibus se consueverunt exercere, indulgentias plenarias aliasque varias concedit.
R. ap. S. P. V Ian. 1612 P. an. VII.

Hattler, *Der ehrw. P. Jakob Rem.* S. I. 1881, p. 319.

**124.** A. P. R. M. *Alias fe : re : Clemens PP. VIII.* - Paul. V, petentibus Ernesto Archiepõ Colonien. et administratore eccl. Hildesheimen., capitulo d. eccl. et rectore coll. S. I. Hildesheimi erecti, iurisdictionem praepositurae eccl. S. Mauritii (cfr. *Clem. VIII* n. 111) a rectore collegii abdicat et Ernesto ac Praesuli seu administratori pro tempore Hildesheimen. cum fructibus assignat.
R. ap. S. P. XI Ian. 1612 P. an. VII.

*Reg. bull. IV.* 176 b.

**125.** S. Congr. ep. et reg. decr. pro facultate erigendi eccl. et domum professam S. I. in civ. Calaritana, non obstantibus oppositionibus tam capituli eccl. cathed. quam nonnull. monasterium eiusd. civ.
Ian. 20. 1612.

*Elench. bull.*

**126.** *Considerantes Religiosos.* Paul. V Epõ Asculan. committit ut coll. S. I nuper in d. civ. instituto assignet et concedat eccl. par. S. Vincentii Asculan. a Marco Ant. Canuccio rectore resignatam (fr. 24 duc.) nomen paroch. supprimat et curam animarum abdicet, fructus, iura etc. exceptis domo et aliis aedificiis rectoralibus et sacro supellectili, ad unam vel plures paroch. ecclesias regulares transferat.
R. ap. S. M. IV id. Apr. 1612 P. an. VII.

*Reg. bull. IV.* 184.

127. Petitur confirmatio concordiae inter Nic. Poirson canon. monasterii S. Ambrosii Bituricen. O. S. Aug. can. regul. et rectorem domus prob. S. I. Tholosan. super prioratu S. Dionisii de Concoreto d. Ord. Caturcen. dioec. coll. Caturcen. dein d. domui S. I. unito. — Fiat ut petitur.
R. ap. S. M. III non. Aug. P. an. VIII.

*Reg. bull. IV.* 193. b.

128. Petitur ut perinde valeat unio prioratus S. Laurentii de Calido Fonte O. S. Ben. Catalaunen. dioec. a Nic. Henart cler. Iulen. resignati cum coll. S. I. in civ. Remensi ex decreto Henrici Franc. reg. christ. erecto, licet expressum fuerat d. prioratum conventu carere; olim conventualis, non tamen electivus, a 60 annis conventualis non fuit. — Fiat ut petitur.
R. ap. S. P. VI kal. Dec. P. an. VIII.

*Reg. bull. IV.* 196. b.

129. *Ex debito pastoralis officii.* - Paul. V, petentibus Constantia Sfortia Boncompagni ducissa Soranae et Claud. Aquaviva Praep. Gen. S. I., epõ Sorano mandat quatenus diligenti informatione adhibita, ecclesiam S. Spiritus in Sorana civitate, minime collativam et ab hospitali S. Spiritus in Saxia de Urbe O. S. Aug. dependentem et domum aliaque aedificia contigua cum 30 petiis terrae (fr. ann. 110 sc. rom.) dismembret et collegio S. I. in d. civitate erigendo tribuat.
R. ap. S. P. XI kal. Dec. 1612 P. an. VIII.

*Reg. bull. IV,* 257.

130. A. P. R. M. *Ex supernae providentia.* - Paul. V super redditibus a Clem. VIII (cf. n. 44) collegio Melevitano S. I. assignatis et litibus post mortem d. Clementis et episcopi Melevitani Leonardi, a Ioanne Abel de legato Ta Cotafa, ab Antonio Vello de legato Ta Mazzarra, excitatis decernens, concordiam initam confirmat, collegium d. Soc. in omni iure in d. legatum Ta Mazzarra surrogat caeterasque uniones validas roborat.
R. ap. S. P. non. dec. 1612 P. an. VIII.

*Reg. bull. IV.* 265-261 b$^{bis}$.

131. Paul. V librum *Controversia Anglicana de pot. Regis et*

*Pontificis..* authore M. Becano S. I. prohiberi mandat donec corrigatur; 5 Cardd. super librorum permissione, prohibitione.. deputati in secunda classe Indicis reponendum censent.
30 Ian. 1613.

*Ann. de la S. des s-d. Jésuites*, 1765, II. 557 (ex Dargentré II² 71).

**132.** *Ex iniuncto nobis.* – Paul. V decano eccl. Palentin. et officiali Palentin. committit ut attentis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, confirmet concordiam inter Provincialem S. I. prov. Castellae et Ioannem Quixada de Ocampo dominum in temporal. oppidi de Villagarcia Palentin. dioec. initam super possessorio seu etiam petitorio oppidi seu loci de Villamayor eiusd. dioec. illiusque iurisdictionis et dominii, quod Ludovicus Quixada maioricatui incorporari voluit et Magd. Ulloa Ludovici vidua donavit hospitali cuius administratio Provinciali incumbit.
R. ap. S. P. IX kal. Feb. 1612 P. an. VIII.

*Reg. bull. IV.* 199. b, 209.

**133.** *Ex iniuncto desuper.* – Paul. V archidiacono eccl. Ianuen. et vic. gen. Archiep. Ianuen. committit ut, attentis litteris Pauli II *Cum in omnibus iudiciis*, petente Papiniano Denalio cler. Regien. vicar. gen. Horatii Pr. Card. Spinolae nunc. eccl. Ianuen. praesulis ac ad regimen ecclesiarum invicem unitarum S. M. inviolatae et S. Adriani de Tregandio alias de Tregoso Ianuen. per litteras Cipionis tit. Chrisogoni Pr. Card. Burghesii sui ex sor. germana nepotis specialiter deputato, necnon Iacobo de Cavei (?) Praep. dom. prof. S. I. Ianuen., domum quandam in civ. Ianuen. et vico de Voltalione alias de Pettenari valoris in propriet. 500 duc. auri de camera, pro ampliatione fabricae dom. prof. necessariam d. domui cedi, et in recompensam directi dominii bona stabilia d. valoris assignari curet.
R. ap. S. M. III id. Feb. 1612 P. an. VIII.

*Reg. bull. IV.* 197.

**134.** Pauli V Breve, concedentis septem ecclesiis civit. Bononien. easdem indulgentias quae septem ecclesiis Urbis datae sunt.
XXVI Febr. 1612 P. an. IX.

*Fund. coll. S. Luciae Bononien.*

135. *Impositi nobis.* - Pauli V Breve declaratorium super exemptione S. I. a decimis, et quota earum dumtaxat solvenda in regnis Portug. et Algarbiorum.
XXIII Apr. 1613.

*Elench. bull.*

136. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Paul. V confraternitati civium militum incolarum sub invocatione B. M. V. de victoria nuncupatae in ecclesia S. Crucis coll. Ingolstad. S. I. dioec. Eystattensis erectae indulgentias largitur.
R. ap. S. M. VII Iun. 1613 P. an. IX.

*Fund. Germ. super. II, Ingolstad.*

137. *His quae pro abbatis.* - Paul. V Francisco Laquei praepos. canon. S. Crucis Musiponti et officiali Meten. mandat ut attentis litt. Pauli II *Cum in omnibus iudiciis*, confirment concordiam inter Carolum abbatem mon. Gorziensis O. S. Ben. Meten. dioec. et rect. coll. S. I. Mussiponti oppidi Tullen. dioec. super refectione damnorum ex constructione novi molendini per d. abbatem in d. opp de repente constructi; vz. rector abdicat suum molendinum ex cuius proventibus ante novi constructionem 144 sextarios tritici proripere consueverat; abbas rectorem ab onere solutionis seu praestationis annuae 64 sextariorum frumenti, ratione molendini pauperum hospitali debitae, eximit, sed ipse eam solvet, et praeterea 200 fr. (40 duc.) rectori quotannis, etc.
R. ap. S. M. XVIII kal. Iul. 1613 P. an. IX.

*Reg. bull. IV.* 206.

138. A. F. R. M. *Iniunctae nobis debitum.* - Paul. V declarat litteras de concordia inter Prov. S. I. Castellae prov. et Ioannem Quixada (cfr. 132) perinde valere ac si oppidum de Villamayor Legionen. dioec. existere etc. expressum fuisset.
R. ap. S. Mar. Maior. X kal. Aug. 1613 P. an. IX

*Reg. bull. IV*, 201 b.

139. A. P. R. M. *Ex pastoralis officii.* - Paul. V confirmat concordiam inter Episcopum, decan. et capitulum eccl. Placentin. provinciae Compostellan. ac rectorem coll. S. I. Placentin. initam de et super solutione decimarum, quas alii ratione bonorum stabilium a d. rectore deberi, ipse rector vigore privilegiorum non deberi

praetendebant : vz. bona quae antequam in collegii transirent dominium, solutioni decimarum obnoxia fuisse et quorum redditus valorem annuum 2 m. duc. non excedere constabit absque solutione decimarum retinebuntur, etc.
R. ap. S. M. M. IV kal. Aug. 1613 P. an. IX.

*Reg. bull. IV.* 203. b.

**140**. *Accepimus librum.* - Paul. V Francisco Suarez, presb. S. I. viro tantae pietatis et eruditionis, cuius libri pro S. Apost. Sedis defensione elucubrati lectione oblectatus est, benedicit.
R. ap. S. M. M. IV id. Sept. 1613.

Ant. Descamps, *Vida del ven. P. Fr. Suarez*, p. 252.

**141**. A. P. R. M. *Ex iniuncto nobis desuper.* - Paul. V confirmat concordiam, interventu Petri Cotonii presb. S. I. confessarii et concionat. Ludovici regis et Marci Ant. Gaiffierii O. S. Ben., initam inter Priorem et conventum prioratus S. Martini de Riorgiis O. S. Ben. Lugdunen. dioec. a parte regni Franciae et in dominio regis christ. consistentis ac rectorem coll. S. I. ex decreto cl. me. Henrici Franc. regis christ. in opp. Roannae d. dioec. erecti, super d. prioratu, ab Ant. Paramo cler. Nemensen. resignato, a monasterio B. M. Athanatensi vulgo Daisnoy nunc. Ord. et dioec. praed. dependente et de consensu Guillelmi Fouquet clerici d. monasterii commendatarii d. collegio unito; sc. monasterium consentit unioni, Priori pensio annua et perpetua 200 libr. Turonen. (60 duc.) super fructibus d. prioratus reservatur - Caus. cur. cam. ap. gen. auditori et Lugdunen. ac Viennen. officialibus exec. committit.
R. ap. S. P. id. Nov. 1613 P. an. IX.

*Reg. bull. IV.* 215. b.

**142**. *Multum gavisi sumus.* - Paul. V illustri Aethiopiae regi Sultan-Saghedo gratias agit de litteris per Ant. Fernandezium S. I. delatis, gratulatur ob victos gentiles, *gallas* dictos, promittitque commendationem apud Philippum, potentissimum Hispaniae regem.
R. ap. S. P. 1 Feb. 1614 P. an IX.

*Bull. patron. Portug. t. II* p 23.

**143**. A. P. R. M. *Grati Domino.* - Paul. V, petente Ferdinan-

do Archiepõ Colonien. et maioris eccl. Hildesemen. perpetuo administratore, collegio S. I. in d. civ., cui Ernestus Arch. Colonien. et d. ecclesiae administrator (cfr *Clem. VIII*, n. 111) praeposituram S. Mauritii ordinaria auctor. univit et subinde unum vicariam S. Annae in viridario nunc. in maiori Hildesemen. et alterum sub S. Bernardi invoc. in S. Crucis Hildesemen. ecclesiis perpetua simpl. beneficia annexuit, ac medietatem fructuum beneficii sub invoc. seu ad altare SS. Petri et Pauli in eccl. montis S. Mauritii et 2 praebendas in S. Andreae et S. Ioannis saecularibus et collegiatis ecclesiis, hos fructus (595 duc.) auctor. apost. appropriat.
R. ap. S. P. III kal. Mart. 1613 P. an. IX.

*Reg. bull. IV.* 219. b.

**144**. *Dum uberes quos* - Paul. V, petente Cl. Aquaviva Praep. Gen. S. I. mandat officiali Burdegallen. quatenus cum domo probationis Burdegallen. uniat prioratum S. Michaelis de Verteuil ex Fransadois ord. S. Ben. dioec. Burdegallen. a monasterio B. M. de Guitres dd. ord. et dioec. dependentem, quem Dionysius Hurault seu Huraut, et prioratum S. M. de Bonihet alias Dizon seu Usoy nuncupatae, a monasterio S. Ioannis de Angelis eiusd. ordinis et dioec. Xantonen. dependentem, quem Iac. de Gorgues consiliarius et eleemosynarius regius in commendam habebant et resignarunt. Valor dd. prioratum, 24 duc. auri.
R. ap. S. M. M. XVII (sic) id. Apr. 1614 P. an. IX.

*Reg. bull. IV.* 228.

**145**. *Cum sicut accepimus.* - Paul. V in Indiarum aliarumque orient. et occidentalium regionum partibus aliquid de iure canonico remittens, per Praep. Generalem mittendis presbyteris S. I. in quibusvis Orientis, Brasiliae, Peru, Novae Hispaniae et aliis transmarinis regionibus insulisque Oceani Maris ac occidentalibus partibus concedit fac. dispensandi cum neophytis in quibuscumque iure divino non prohibitis consanguinitatis vel affinitatis gradibus vel alias coniunctis seu attinentibus, ut matrimonium contrahere et solemnizare valeant, in partibus ubi Ordinarii de facili adiri possunt, in foro consc. tantum, perpetuo ; et insuper ad 20 annos, ipsis Ordinariis cum illis etiam in exteriori foro ; ubi vero Ordinarius 200 m. pass. abest, eisdem presbyteris in utroque foro ; item neophytas ab incestu et excessibus huiusmodi absolvendi, necnon

denuntiationes, ceremonias omittendi, prolem legitimam declarandi, sine ceremoniis baptisandi.
R. ap. S. P. XVI Maii 1614 P. an. IX.

*Elench. bull. — Reg. bull. IV.* 211 b.

**146**. *Cum vos in partes Babiloniae*. - Paul. V Ioanni Ant. Marietto et Petro Metaschitae presb. S. I. iussu S. Pontificis in partes Babil. ituris, quoscunque in partibus Asiae Turcarum dominio subiectis absolvendi, in variis dispensandi, altaris portatilis, ind. plenariae facultates impertitur.
R. ap. S. P. XXVIII Maii 1614 P. an. IX.

*Reg. bull. IV.* 211.

**147**. *Cum tu de super. tuorum licentia*. - Paul. V Francisco Canelael (? Canilhac) presb. S. I. ad Hierosolymitanas partes ex urbe CPlitana quo se conferre cogitat ituro quoscunque in provinciis et partibus Turcarum dominio subiectis absolvendi, in variis dispensandi, altaris portatilis, indulgentiae plenariae facultatem concedit.
R. ap. S. M. M. VIII Iul. 1614 P. an. X.

*Reg. bull. IV.* 213.

**148**. *Ad apost. dignitatis officium*. - Paul. V, petente Claudio Aquaviva Praep. Gen. S. I. prioratum S. Donati ord. S. Augustini canonic. regul. Viennen. dioec. in provincia Delphinatus a praepositura S. Laurentii Ultien. d. ord. Iamnien. dioec. dependentem a Ioanne Cliosson presb. resignatum cum coll. S. I. oppidi Turnonii Valentinen. dioecesis unit. Fructus d. prioratus et S. Vincentii de Chate aliorumque forsan annexorum annuus 330 duc. Accedat consensus Hieronymi Biragi moderni d. prioratus praepositi seu perpetui commendatarii et Crisp. Podii Prioris claustralis.
R. ap. S. M. M. IV kal. Aug. 1614 P. an. X.

*Reg. bull. IV.* 226.

**149**. *Ex iniuncto nobis*. - Paul. V primicerio eccl. Neapolitan. et vic. gen. Archiep. Neap. committit ut attentis litt. Pauli II *Cum in omnibus iudiciis*, concedat, si in evidentem utilitatem, Priori et conv. domus B. M. Maioris della gratia nunc. Neapolitan. et Ord. Patrum Heremitarum S. Hieronymi congregationis B. M.

de Pasis licentiam vendendi novae domui prof. S. I. in d. urbe domum antiquam Mandelli Foderani nuncupatam prope forum maius. Valor 50 duc. (30 duc. auri de cam.)
R. ap. S. M. M. XI kal. Sept. 1614 P. an. X.

*Reg. bull. IV.* 218.

150. *Aeterni Pastoris vices.* - Pauli V indulgentia et institutio communionis generalis in Urbe perpet. temporibus.
XXII Aug. 1614.

*Elench. bull.*

151. . . . . . . . . . . . Paul. V ind. plen. ad septennium concedit fidelibus eccl. S. I. Cortracen. Tornacen. dioec. in die consecrationis visitantibus.
Aug. 1614.

*Reg bull. IV.* 218.

152. . . . . . . . . . . . Paul. V indulg. plen. ad septennium concedit fidelibus eccl. S. I. Valencen. Atrebaten. dioec. in die consecrationis visitantibus.
R. ap. S. M. M. VI Sept. 1614.

*Reg. bull. IV.* 218.

153. *Cum sicut accepimus.* - Pauli V concessio indulgentiarum et gratiarum pro confratribus comm. gener.
XXVII Sept. 1614.

*Elench. bull.*

154 *Ex iniuncto nobis.* - Paul. V, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, 5 id. Maii, petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. Vercellen., mandat archidiacono eccl. Vercellen. et vicario episcopi Vercellen. generali quatenus, si in evidentem utilitatem cessurum sit, concedat licentiam dandi in emphyteusim perpetuam personis meliorem conditionem offerentibus, vz. incolis regionis vel principatus Pedemontium sub responsione tertiae partis fructuum, praedia quaedam terrae sterilis et possessiones *de la chill* nuncupatas in agro Vercellen. capacitatis insimul 1700

BOSTON COLLEGE LIBRARY
CHESTNUT HILL, MASS.



modiorum, data d. collegio per Greg. XIII intercessione Guidonis Cardinalis Ferrerii nunc. eccl. Vercellen. praesulis.
R. ap. S. M. M. VI id. Oct. 1614 P. an. X.

*Reg. bull. IV.* 229. b.

**155.** *Ex iniuncto nobis.* - Paul. V, citatis litt. Pauli II *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, 5 id. Maii, petentibus Rectore et collegialibus collegii S. I. Bisuntin. mandat decano eccl. Bisuntin. et officiali Bisuntin. quatenus vocatis vocandis, si in evidentem d. collegii utilitatem id cessurum repererint, licentiam concedant conducendi aream domunculae in loco de Monbonsonis d. dioecesis sitae cuius ne quidem rudera supersunt, valoris 12 scut. auri, uni personae meliorem conditionem d. collegii efficere volenti et in emphiteusim perpetuam sub annuo canone unius scuti, iure praelaturae et laudemiorum rectori reservato, dandi.
Tusculi XVI kal. Nov. 1614 P. an. X.

*Reg. bull. IV.* 223.

**156.** A. P. R. M. *Pastoralis officii cura.* - Paul. V prioratum S. Venantii parvi in amore nuncupati Ord. Cluniacensis prope et extra muros urbis Dolae Bisuntin dioec. ab omni alia unione distractum conventu carentem, salva pensione annua Ord. Cluniacen. Generali Abbati persolvenda, collegio S. I. Dolano Bisuntin. dioec. incorporat.
R. ap. S. M. M. id. Dec. 1614 P. an. X.

*Fund. pr. Lugdun. t. III. Dolae.*

**157.** *Ex iniuncto nobis.* - Paul. V, citatis litteris Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, v. id. Maii, petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. Portugalensis et praeceptore praeceptoriae de Poiares nunc. hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani Portugalen. civ. et dioec., thesaurario eccl. Portugalen. et officiali Portugalen. mandat ut permutationem efficiant petii terrae ad praeceptorium spectantis et in possessione d. collegii de Vacaria dicta interpositi, praestationis annuae 39 regalium seu 3 ducatorum auri de camera, et alius petii valoris duplo maioris.
R. ap. S. P. pr. id. Mart. 1614 P. an. X.

*Reg. bull. IV.* 278.

**158.** A. P. R. M. *In supereminenti.* - Paul. V in collegio Paderbonae a Theodoro Epõ ante 20 annos erecto, petente d. Epõ, penuriae parochorum et damno e gymnasiis haereticorum providens, universitatem studii generalis erigit, curae d. Societatis supponit, graduum collationem et varia privilegia concedit.
R. ap. S. M. M. II Apr. 1615 P. an. X.

*Bull. Rom.* — *Reiffenberg,* Mant. p. 106 — Richter, *Gesch. d. Pad. Jesuiten.* 1892, I. 204. *Reg. bull. IV.* 231. b.

**159.** A. P. R. M. *Admonet nos cura.* - Paul. V, petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. in oppido Erfurt Maguntin. dioec. a moderno archiepõ d. dioec. erecti, monasterium ord. S. Aug. spatio 70 annorum a magistratu occupatum, religiosis destitutum et ab eodem archiepõ vindicatum, cuius fructus 24 duc. auri, d. collegio unit. Camerae apost. generali auditori, archiepiscopi Maguntin. et episcopi Spiren. vicariis generalibus executionem committit.
R. ap. S. M. M. VIII kal. Febr. 1615 P. an. XI.

*Reg. bull. IV.* 268bis.

**160.** *Ad exequendum pastoralis.* - Paul. V, petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. Remensis, mandat officiali Remensi ut cum d. collegio, cui, ab Henrico IV fundato, in subsidium dotis prioratus S. Valburgae Ord. S. B. per resignationem Ioannis Lespagnol eius prioris vacans unitus auctoritate apost. fuit, uniat prioratum S. Mauritii eiusdem ord. per resignationem Hieronymi Feret monachi monasterii S. Remigii vacantem, et d. collegio cohaerentem. Fructus 24 duc.
R. ap. S. M. M. X non. Mart. 1615 P. an. XI.

*Reg. bull. IV.* 275. b. — *Fund. pr. Camp. t.* 2. *Rhem.*

**161.** *Ex iniuncto nobis.* - Paul. V, citatis litteris Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis* 1465, v. id Maii, petentibus rectore et collegialibus collegii S. I. oppidi Madriti Toletan. dioec., archidiacono de Madrid nunc. in eccl. Toletan. et officiali mandat, quatenus si in evidentem utilitatem, concedat pro d. collegio licentiam locandi in emphyteusim terras quantitatis 30 rubrorum cum domo ruinosa in oppido de Velilla, a d. oppido Madriti dispersas spatio 15 millia-

riorum, ex quibus frumentum aut ordeum ad valorem 23 duc. auri proveniunt.
R. ap. S. M. M. VIII id. Mart. 1615 P. an. XI.

*Reg. bull. IV.* 252. b.

**162.** Congr. S. R. et univ. Inquisitionis generalis coram Paulo V et Roberto Bellarmino, Antonio Zapata, Ferd. Taberna, Ioanne Garsia, Fabr. Verallo, Aug. Galaminio Cardd. Inquis. gener. a S. Sede specialiter deputatis. — SS. concessit, lecto PP. Iesuitarum in regno Synarum, vulgo *la China* commorantium memoriali, ut sacerdotes in celebratione missae possint habere caput contectum... non pileo communi sed alio proprio et eius coloris cuius sunt paramenta caetera, donec aliter non fuerit declaratum — item ut possint transferre sacra biblia in linguam Synarum non tamen vulgarem sed eruditam et litteratorum propriam, et in eadem lingua possint a Synis celebrari divina officia missarum et horarum canonicarum, et sacramenta ministrari. Si unquam contingit in illis partibus constitui episcopum, ex hac permissione non censeatur praeiudicatum iurisdictioni episcopali (1).
Fer. V, XXVI Mart. 1615.

*Reg. bull. IV.* 280.

**163.** A. P. R. M. *In supereminenti.* - Paul V ad preces Theodori Episcopi Paderbornen. concedit ut collegium S. I. in d. civitate Paderbornen. ante 20 annos erectum et florescens elevetur et amplificetur in studium generale ut clerus dioecesis apte instituatur et hanc universitatem studiorum solitis privilegiis et iuribus donat.
R. ap. S. M. M. II Apr. 1615 P. an. XII.

*Fund. pr. Rheni infer. t. II Paderborn.*

**164.** *Rom. Sedis Antistes.* - Pauli V confirmatio decreti S.

(1) Paul. V, petentibus missionariis S. I. concessit facultatem missam et divina officia sinica lingua celebrandi. Teste Ben. XIV, *de sacr. missae* l. 2, c. 2, n. 13, fuit Breve expeditum, nunquam tamen missionariis traditum — Bartoli, *China* V, p. 260 indicat decretum S. Inquis. 16 (sic) Mart. 1615 liturgiam sinicam approbantis.

Congr. off. 26 Mart. 1615, concessionis Patribus S. I. in regno Sinarum degentibus, facultatis celebrandi missam tecto capite, traducendi Bibliam in ling. Sinicam et sacramenta ministrandi eodem idiomate.
XXVII Iun. 1615.

*Elench. bull.*

165. *In apostolicae dignitatis.* - Paul. V, petentibus rectore et collegialibus collegii S. I. Molinensis et superiore et conventu prioratus S. Vincentii loci de Chantelles O. S. Aug. canonicorum regul. Bituricen. dioecesis, officiali Bituricen. mandat quatenus, vocatis vocandis d. collegio a cl. mem. Henrico IV fundato d. prioratum a praepositura vel monasterio S. Petri de Suaux d. Ordinis dependentem uniat, octo religiosis in prioratu residentibus provideat.
R. ap. S. M. M. kal. Aug. 1615 P. an. XII.

*Reg. bull. IV.* 264bis.

166. A. P. R. M. *Apostolici muneris sollicitudo.*- Paul. V, petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. Mussipontani in diœc. Meten. et administratoribus episcopatus Meten. confirmat eorum conventionem qua area quaedam seminarii puerorum ecclesiastici, casu conflagrati, in oppido Mussipontano sita et d. collegio contigua, d. collegio assignatur, eo pacto ut locus in aedibus convictorii Mussipontani assignetur pro habitatione 12 puerorum d. seminarii.
R. ap. S. M. M. VII id. Aug. 1615 P. an. XI.

*Reg. bull. IV.* 285.

167. *Hodie a nobis emanarunt.* - Paul. V. suo in Urbe Vic. in spiritualib. generali et Meten. ac Virdunen. officialibus executionem litterarum : *Apostolici muneris sollicitudo*, committit.
R. ap. S. M. M. VII id. Aug. 1615.

*Reg. bull. IV.* 286. b.

168. *Ex iniuncto nobis.* - Paul. V citatis litteris Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, id. Maii, petentibus Ludovico Hisco decano S. M. inviolatae Ianuen. et praeposito S. Adriani de Trigaudio nunc. ecclesiarum et Marcello Pallavicini praef. domus presb. professorum S. I. Ianuen., mandat quatenus alienationem

trium domorum contiguarum in civitate Ianuen. et vico de Voltaleone alias de Pettinari nuncupato iuxta d. domum regularem et viam de Burgo Sacho necnon bona Angelinae uxoris Francisci Dogii sitarum, valoris in proprietate 9000 libr. monetae Ianuen. summam 1800 duc. auri de camera constituentium, et quarum unam Philippi de Ambrosio sub 6, aliam Andreae Passari haeredes sub 9, et reliquas Barthol. Burlandus sub 4 librarum annuis canonibus in emphyteusim perpetuam obtinent, pro eadem domo regulari amplianda confirmet.
R. ap. S. M. M. pr. id. Aug. P. an. XI.

*Reg. bull. IV.* 235, 238.

169. Facultates patribus iesuitis missionis Ungaricae et diœcesis Ragusinae a Paulo V in congr. S. officii in palatio apost. montis Quirinalis feria V, 10 sept. 1615 concessae. I. Card. Verallus.

*Reg. bull. IV.* 236. b.

170. *Ex pastoralis officii.* - Paul. V, petentibus Philippo Epõ Palentin. et Ioanne de Monte Maior praep. provinciali S. I. provinciae Castellae, mandat Nuntio sedis apost. in regnis Hispaniarum commoranti quatenus confirmet concordiam inter eos initam super visitatione capellaniarum ecclesiae collegii de Villegarsia a Magdalena de Ulloa fundati.
R. ap. S. M. M. XVI kal. Oct. 1615 P. an. XI.

*Reg. bull. IV.* 244.

171. *Decet Rom. Pontificem.* - Paul. V, petentibus confratribus confraternitatis de misericordia nunc. in eccl. seu capella hospitalis pauperum etiam de misericordia nuncupati Toletan. et praeposito domus prof. S. I. Toletan. mandat officiali Toletano quatenus confirmet permutationem, pro fabrica d. domus professae, aedium Petri Laso Nino de Lavega et Gusman comitis de Arcos e conspectu d. hospitalis a d. comite Petro coemendarum et quarumdam aedium, quas Giamar de Meneses mulier Toletana in d. civitate et reg. S. Romani nuncupata sitas d. hospitali olim dederat, quarum valor in proprietate 12000 duc., et fructus annui 155 duc.
R. ap. S. M. M. pr. kal. Oct. 1615 P. an. XI.

*Reg. bull. IV.* 240.

172. *Romanus Pontifex.* - Paul. V, petentibus rectore et novitiis domus prob. S. I. Leobii Salisburgen. dioec., officiali Salisburgen. committit ut cum d. domo a Ferdinando archiduce Austriae in proprio palatio erecta et ecclesia sine cura S. Ioannis Baptistae cum 3 beneficiis ecclesiasticis dotata, uniat ecclesiam sine cura B. V. M. montis gratiae nunc. Aquilegien. dioec. et 5 perpetua simplicia ex 7 quae in ea existunt beneficia, ab haereticis per 30 annos detenta. Fr. 24 duc. auri de camera.
32. A. P R. M. *Splendor paternae gloriae.* – Greg. XV indulgentiam plenariam in perpetuum concedit pro festis SS. Ignatii ult. Iul. et Franc. Xaverii 2 dec.
R. ap. S. M. M. VIII Iun. 1622 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 84.

33. A. P. R. M. *Splendor pat. gloriae.* – Greg. XV visitantibus cappellam domus S. Ignatii oppidi seu loci de Loyola Pampelunen. dioec. in die festo eiusdem S. indulgentiam plen. in perpetuum concedit.
R. ap. S. M. M. XXVII Iun. 1622 P. an. II.

*Reg. bull. V:* 84 b.

34. *Ad augendam fidelium.* – Greg. XV in ecclesiis omnibus in una ex dominicis cuiuslibet mensis, quibus communio generalis sollicitudine clericorum reg. S. I. agetur, communicantibus ind. plen. concedit. Ad septennium.
R. ap. S. M. M. XV Iul. P. an. II.

*Reg. bull.* V. 84 b.

35. A. P. R. M. *Singulares atque eximii fructus.* – Greg. XV concedit S. I. facultatem nova collegia, domus probationis et residentias ex redditibus collegiorum seu domorum huiusmodi victuras ubivis erigendi nonobstantibus decretis per cardd. sup. Regulares 17 aug. 1622 editis et ordinationibus apostolicis in contrarium concessis.
R. ap. S. M. M. XXX Iul. 1622 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 85, 117 b.

36. *Romanus pontifex.* - Greg. XV, petentibus Praep. Gen. et presb. et rect. ac collegialibus coll. S. I. Colimbrien. ex quo tanquam secundo d. S. seminario quamplures in Indiarum, Iaponum, Chinarum et Aethiopiae regna destinati fuerunt, mandat officiali Colimbrien. ut cum d. collegio uniat S. Petri Fins nunc., S Tissi de Paramos, S. Mametis de Villamaior, S. Olayrae vel Eulaliae de San Guedo, S. Andreae de Sementita, S. Crucis de Alvarenga locorum Visen. Portugallen. Colimbrien. et Lamacen. respective dioecesium parochiales ecclesias, fundatis vicariis perpetuis pro cura animarum.
R. ap. S. M. M. XIII kal. Sept. 1622 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 140

37. A. F. R. M. *Cum nonnulli presbyteri.* - Greg. XV presbyteris S. I. suo iussu in insulam Chien. intra septem annos delegandis concedit facultatem absolvendi....
R. ap. S. M. M. X Sept. 1622 P. an. II.

*Reg bull. V.* 89.

38. A. F. R. M. *Cum nonnulli presbyteri.* - Greg. XV presbyteris S. I. in partes CPolitanas ituris et deinceps profecturis concedit facultatem absolvendi illuc confluentes poenitentes, dummodo in iudicio se delatos esse non noverint aut pro haereticis declarati non fuerint. Ad septennium.
R. ap. S. M. M. X Sept. 1622 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 88.

39. A. F. R. M. *Nuper per nos accepto.* - Greg. XV confirmat decretum civit. Viterbien. 19 ian. 1622 (Cf. supr. n. 26) assignantis sex millia sc. pro coll. S. I. d. civit. per Card. Tiberium Mutum Viterbien. praesulem ecclesia donato.
R. ap. S. M. M. XXII Sept. 1622 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 105.

40. A. P. R. M. *Pietatis et christianae.* - Greg. XV, petente Mutio Vitellescho Praep. Gen. S. I., clericis d. S. et fidelibus cum eis cooperantibus, pueros et adultos doctrinam christ. docere aut dum docetur interesse consuetis, plen. indulgentiam die festo semel

in anno designando, et in mortis articulo, sing. mensibus 7 annor. et 7 quadrag. aliasque partiales concedit.
R. ap. S. M. M. XXVII Sept. 1622 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 120 b.

41. A. P. R. M. *Sedes apostolica.* - Greg. XV domos et collegia S. I., quas in regno Portugalliae atque Algarbiorum ad solutiones decimae et vigesimae teneri declaraverat, ab huiusmodi solutione in regnis Sinarum et Iaponiae eximi iubet.
R. ap. S. M. M. V Nov. 1622 P. an. II.

*Bull. Rom. — Bull. de prop. I,* 8. *Reg. bull. V.* 109.

42. *Exponi nobis nuper.* - Greg. XV, petentibus executoribus testam. Petri Arringhi et communitate et hominibus civ. Ravennaten., archiepiscopo seu officiali Ravennaten. mandat ut d. testamenti quo S. I. haeres univ. constituebatur sub conditione coll. in d. civ. erigendi, onus 5 missas quotidianas pro testatoris eiusque parentum et Christophori de Petro animabus recitandi perpetuum, commutent in solita d. soc. suffragia pro benefactoribus et solita ministeria.
R. ap. S. P XIII Nov. 1622 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 122.

43. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Greg. XV, petentibus guardiano domus O S. Fr. fr. min. de observ. civ. Carthaginen. in part. Ind. occid. ac rect. et presb. coll. S. I. civit. praed., confirmat donationem d. collegio magna rerum inopia laboranti a d. guardiano factam duarum arcarum vel situum (val. 3000 pondera monetae illarum partium), provenientium ex liberalitate Ioannis Nunes de Velliegas, qui omnia bona sua d. conventui fratrum reliquerat.
R. ap S. P. XXVII Nov. 1622 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 106 b.

44. A. P. R. M. *Ex solita Sed. Apostolicae.* - Greg. XV, petentibus rect. et religiosis domus S. I. Calaritan. et Marco Vieco presb. Calaritan., concordiam, super lite circa unitam quondam per Greg. XIII (cf. nº 280) d. domui probationis ecclesiam de Sardara coram Phil. Pirovano palatii apostolici auditore ad instantiam Ioannis Fadda d. ecclesiae rectoris acta, consentientibus epõ Ussellen. et Turralben. ac Mutio Vitellescho Praep. Gen. S. I. ini-

tam confirmat : d. domus d. eccl. rectori 300 sc. monetae ad rationem 10 regalium castellanorum pro quolibet scuto quotannis solvat, etc. Calaritan. et Turritan. archiepiscopis et curiae caus. ap. gen. auditori exec. committit.
R. ap. S. P. X Dec. 1622 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 137. b.

**45.** A. P. R. M. *Alias volentes Nos.* - Greg. XV indulgentiam pro cappella domus S. Ignatii loci de Loyola extendit ad aliquam ex septem diebus festum subsequentibus.
R. ap. S. P. IX Dec. 1622 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 113 b.

**46.** *Ex iniuncto nobis.* - Greg. XV, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, V. id Maii, petentibus rect. et collegialibus coll. S. M. Brayden. nunc. Mediolanen. dioec., mandat archiepõ Mediolanen. eiusque vic. gen. ut ortas, occasione decimarum d. collegio super quibusdam locis de la Carera nunc. extra portam Cumanam d. civ. sitis debitarum controversias ad Clem. VIII an. 1601 delatas decidentes, illorum loco alia bona stabilia annui redditus 200 libr. surrogent.
R. ap. S. P. XIV kal. Ian. 1622 P. an II.

*Reg. bull. V.* 113 b.

**47.** *Alias fe. re : Paulo PP. V.* - Greg. XV. petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. Duacen., suo in Belgio Nuntio mandat ut ad executionem litterarum Pauli V (cfr n. 233), cum praed. rector et collegiales dubitent omnia ex tenore servata esse, de novo procedat.
R. ap. S. P. XI kal. Ian. 1622 P. an II.

*Reg. bull. V.* 118.

**48.** *In supremo apostolicae sedis.* - Greg. XV, petente Henrico de Bourbon, principe Condaeo, concedit Nuncio in regno Franciae facultatem monasterium S. Gildasii et prioratum de Gramont O. S. Ben. Bituricen. dioec. diruta supprimendi, monachos ad canonicos seculares reducendi, bona d. Henrico tradendi, necnon collegiatam ecclesiam erigendi et collegium S. I. in opp. Castoriensi.
R. ap. S. P. IV kal. Ian. 1622 P. an. II.

*Bull. Rom.*

49. A. P. R. M. *Splendor paternae gloriae.* - Greg. XV pro capellam seu altare situm in spelunca in opp. de Manresa Vicen. dioec. dominica ultima Septembris visitantibus, ind. plen. concedit.
R. ap. S. P. XXVI Ian. 1623 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 124.

50. A. P. R. M. *Splendor paternae gloriae.* - Greg. XV pro capellam S. Franc. Xav. in castro Xaverii Pampilonen. dioec. die eius festo visitantibus ind. plen. concedit.
R. ap. S. P. XXXI Ian. 1623 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 129 b.

51. A. F. R. M. *Romanae sedis Antistes.* - Greg. XV, exponente Procuratore gen. S. I., humanae infirmitati miserando, brachmanibus aliisque Indiae orientalis gentilibus concedit ut ad stirpes discriminandas et in signum officii lineas ac corumbyna deferant, sandaliis ac lavationibus utantur, dummodo superstitionem expurgent cautelis adhibitis quae determinantur.
R. ap. S. P. XXXI Ian. 1633 P. an. II.

*Bull. de prop. I.* 15-*Bertrand. La mission du Maduré*, 1884. *II.* 407. *Reg. bull. V.* 124 b.

52. A. P. R. M. *Romanus Pontifex.* - Greg. XV, insertis litt. Pauli III, Pii IV, Greg. XIII et Leonis XI (cfr. n. 1) considerans fructus S. I. speciatim in Philippina, Peruana, Mexicana, Paraguarien. et Novi Regni provinciis, decernit eam in illis regnis minime teneri Leonis litt. praeinsertis nisi prout alii mendicantes decimas solvere consueverunt. Innocentio epõ Brictonorien. suo in regnis Hispaniarum Nuntio et Andreae epõ Conchen. in eisdem inquisitori generali et caus. cam. ap. gen. auditori mandat praesentes publicare etc.
R. ap. S. P. XV Febr. 1623 P. an. III.

*Reg. bull. V.* 129.

53. *Ex iniuncto nobis.* - Greg. XV. citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, V. id. Maii, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. Alexandrin. prov. Mediolanen. et Christophoro Scoglia laico d. civ. mandat archidiacono eccl. Alexandrin. et vic. gen. ut, si in evidentem collegii utilitatem, locandae d. Christophoro domus cuiusdam a Petro Ant. Porcellana cum aliis bonis d.

collegio legatae, pro pretio 50 scut. annuo licentiam concedant.
R. ap. S. P. kal. Mart. 1622 P. an. III.

*Reg. bull. V.* 151 b.

54. *Exposcit debitum.* - Greg. XV, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. super in civ. Corisopiten. erecti, officiali Corisopiten. mandat ut cum d. coll. uniat prioratum de Lugamen seu Logamant O. S. B. d. dioec. a Dionisio Sim. de Marquemont archiepõ Lugdunen. commendatario resignatum, a mon. S. Crucis de Quinperleo d. dioec. dependentem. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. VI kal. Apr. 1623 P. an. III.

*Reg. bull. V.* 145 b. — *Fund. pr. Franc.*

55. *Romanus Pontifex.* - Greg. XV, petentibus Praep. Gen. et rectore et collegialibus coll. Petragoricen., mandat Ludovico epõ Sarlaten. sive eius officiali ut cum d. coll. uniant prioratum S. Cypriani O. S. Aug. can. reg. d. dioec. per obitum Barthol. de la Gardere vacantem et ad regem iuxta concordata inter Franc. I et S. Sedem inita spectantem. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. non. Apr. 1623 P. an. III.

*Reg. bull. V.* 143 b.

56. *Exposcit debitum.* - Greg. XV, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. Tolosan., mandat Salvato epõ Tarbien. sive eius officiali ut cum d. coll. uniant prioratum B. M. de Madirano O. S. B. d. dioec. a Carolo (Claudio) Ant. a S. Sulpitio archidiac. maiore eccl. Caturcen., procuratore Martiali Dubouchеys cler. Lemovicen, resignatum, conventualem non tamen electivum, sine cura animarum, ad collationem abbatis S. Petri de Marciliaco Caturcen. dioec. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. VIII Apr. 1623 P. an. III.

*Reg bull V.* 147 b. — *Fund. pr. Tolos. t. III.*

57. *In apostolicae Sedis.* - Greg. XV, petentibus Praep. Gen. et rectore domus prob. Tolosan. S. I., mandat Ludovico archiepõ Narbonen. ut cum d. domo uniat prioratum saecularem S. Stephani de Tersano, prope opp. de Asilio d. dioec. per resignationem Manfredi Veziani prioris vacantem personalem residentiam non requirentem, sine cura animarum. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. VI id. Apr. 1623 P. an. III.

*Reg. bull. V.* 149.

# URBANI VIII.

Urbanus VIII, Florentinus, Maphaeus Barberinus, Presb. Card. tit. S. Onuphrii, creatus VI Aug, coronatus XXIX Sept. 1623, obiit IV kal. Aug. 1644.

Societatis theologos misit, anno 1625, P. Andream Eudaemon Ioannem cum Francisco Card. Barberino in Galliam, anno 1635 P. Valentinum Mangionium cum Martio Card. Ginetto in Germaniam, et P. Silvestrum Petrasancta cum Petro Aloisio Carrafa episcopo Tricarensi in Belgium legatis. PP. Didacum Siccum, Ioannem Rovia, Apollinarem Almeida in Aethiopiam direxit episcopos, patriarchas alium post alium successuros.

Sibi a sacris confessionibus P. Hieronymum Floravantium, a concionibus P. Aloisium Albritium esse voluit. P. Valentinum Mangionium S. Poenitentiariae theologum, P. Torquatum de Cuppis episcoporum examinatorem, P. Terentium Alciatum S. Rit. Congregationis consultorem ac historiae concilii Tridentini scriptorem constituit. P. Silvestrum Petrasancta, Brevi 9 maii 1643, Congregationis Matris Dei seu scholarum piarum apostolicum visitatorem nominavit. PP. Frontonem Ducaeum antiquitatis cognitione et Carolum Scribanium ac Ioannem Tollenarium rebus gestis aeque ac scriptis celebres muneribus litterisque donavit. P. Dionisium Petavium non semel Romam invitavit, inter S R. E. Cardinales relaturus; quem honorem insigni apud Germanos theologo P. Petro Pazmano 19 nov. 1629 detulit. Excerptas a P. Ioanne de Lugo ex Augustino Iansenii, dum adhuc imprimeretur. heterodoxas cum sua quamque censura propositiones accepit, librumque bulla *In eminenti* damnavit; eiusdem Ioannis tomum de iustitia et iure sibi dedicatum cum legeret, congregationem doctissimorum hominum super Ecclesiae redditibus iuste distribuendis instituens, summum aevi sui theologum, qualem eum appellabat, imprimis advocavit. Anno Societatis saeculari, nostris amplissimum iubilaeum concessit.

---

1. A. P. R. M. *Rationi congruit.* - Urban. VIII Ignatium Loyolam, quem Paul. V, Clemens VIII et Greg. XV catalogo SS. adscribendum, petentibus principibus et cardinalibus, cogitaverant seu decreverant, in SS. numerum relatum decernit.

R. ap. S. P. VIII id. Aug. 1623 P. an. I.

*Nov. bull. S. I.* 142.

2. A. P. R. M. *Rationi congruit.* - Urban. VIII Franciscum Xaverium, novum Indiarum apostolum, ob insignes virtutes ac

miraculorum famam a Greg. XV SS. catalogo adscriptum et honobus coelitum ornatum fuisse testatur.
R. ap. S. P. VIII id. Aug. 1623 P. an. I.

*Nov. bull. S. I.* 153. *Reg. bull. VI.* 36.

3. A. P. R. M. *Rationi congruit.* - Urban. VIII, petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. Flexien., declarationem Greg. XIII, 13 kal. Apr. Pont. an. III factam in favorem d. coll. quod licet non iuxta tenorem litt. Clem. VIII (cfr. n. 183) in ipso situ prioratus S. Iacobi sed commodiore in d. opp. loco constructum fuerat, valeret tamen d. prioratus extinctio, decernit valere perinde ac si litt. super d. declaratione confectae fuissent.
R. ap. S. P. VIII id. Aug. 1632 P. an. I.

*Reg. bull. V.* 314.

4. *Rationi congruit.* - Urban. VIII, mandat vic. gen. patriarchae Aquilegien. ut confirmet unionem cum coll. S. I. Goritien., petentibus rect. d. coll. et Ferdinando rege Rom., a Greg. XV, 4 kal. Ian. Pont. an. II, licet litterae confectae non fuerint, concessam sc. parochialis eccl. S. Petri extra muros civ. Goritien, per obitum Cyri Frangipani, 1618, vacantis, cum S. Laurentii in Bucovizza sive Busbevizza, S. Antonii in Biglia, S. Augustini in Bachogliano sive Rucholiano, S. Catharinae in Peez sive Perez, S. Martinii in Savogua sive Sanogua et S. I. B. in Tartoibo sive Vartribo illi annexis ecclesiis : una vicaria perpetua erigatur.
R. ap. S. P. VIII id. Aug. 1623 P. an. I.

*Reg. bull. V.* 157. b.

5. A. P. R. M. *Rationi congruit.* - Urban. VIII in favorem coll. S. I. Messanen. a Carolo V erecti, cui, petente Philippo Hisp. rege cath. et utriusque Siciliae rege, Greg. XV, 5 kal. Aug. P. an. II, pensionem 800 super archiepiscopalis Panormitan. et 600 super episcopalis Cathaneen. mensarum fructibus reservavit, licet litterae confectae non fuerint, mandat archiepõ Montis regalis et epõ Siracusan. et cur. caus. cam. ap. gen. auditori ut dd. pensiones solvi curent.
R. ap. S. P. VIII id. Aug. 1623 P. an. I.

*Reg. bull. V.* 166. b.

6. *Rationi congruit.* - Urban VIII officiali Spiren. mandat ut confirmet, perinde ac si litterae confectae desuper fuisseut, concessam a Greg. XV 5 kal. Ap. P. an. III unionem cum coll. S. I. Spiren. monasterii monialium Heilspruch nunc. Cistercien. Ord. inter opp. imperialia Landau et Neustat d. dioec. diu ab haereticis occupati.
R. ap. S. P. VIII id. Aug. 1623 P. an. I.

*Reg. bull. V.* 180. b.

7. *Rationi congruit.* - Urban. VIII, epõ seu vic. gen. episcopi Regien. mandat ut iuxta litteras Greg. XV, id. Iun. P. an. III, perinde ac si ante obitum expeditae essent, procedat in permutatione quorumdam bonorum, a Flaminio Bargelli et Petro Aut. Acquistapace civibus Carpen. Regien. dioec. petita, attento testamento I. Bapt. Acquistapace, in favorem coll. S. I. Carpen. Redd. ann. 2 1/2 duc. auri de cam.
R. ap. S. P. VI Aug. 1623 P. an. I.

*Reg. bull. V.* 172.

8. A. P. R. M. *Lites et discordias.* - Urban. VIII, petentibus rectore coll. S. I. Taurinen. et I. B. Cortelo perpetuo commendatario prioratus SS. Steph. et Euseb. loci Garmagnani O. S. B. d. dioec., a monasterio SS. Solutoris, Adventoris et Octavii Ord. et dioec. praedd. dependentis, confirmat concordiam super lite de 44 iugeribus seu giornatis terrae arativae in territorio civ. Taurinen. et loco la Piscina delli robori seu de Bora (ann. redd. 10 scut., valor in proprietate 600 sc.) inter eos, auctoritate Mauritii S. Eustachii diac. card. a Sabaudia initam : d. rector 100 sc. auri pro extinctione pensionis ann. 20 sc. Barrholomaeo Bonesio cler. super d. prioratus fructib. reservatae solvat, I. B iure super dd. terris cedit.
R. ap. S. M. M. II Oct. 1623 P. an. I.

*Reg. bull. V.* 155. b.

9. *Copiosus in misericordia.* - Urban. VIII, petentibus superiore et presb. domus infrascriptae, mandat officiali Lingonen. ut in favorem domus residentiae appellatae civ. Lingonen. in quam presbyteros S. I. introduci a Lud. rege christ. impetravit Sebastianus Zamet episcopus et dux Lingonen. et Franciae par, uniat ad

effectum collegii erigendi prioratum saecul. seu hospitalem B. M. de Troncheto, vulgo de Tronchet nunc. d. dioec., per liberam resignationem Gratiani de la Rochette prioris, procuratore Stephano Reybin cler. Gebennen., vacantem. Fr. 24 duc.
R. ap. S. M. M. VII non. Nov. 1623 P. an. I.

*Reg. bull. V.* 310. b. — *Fund. pr. Camp. t. I.*

10. *Considerantes Religiosos S. I.* - Urban. VIII, petentibus Francisco Cauchon presb. Remen. U. I. doct. et rectore et collegialibus coll. S. I. in civ. Remen., mandat officiali Cathalaunen. ut prioratum B. M. de Larzicourt O. S. Aug. can. reg. Cathalaunen. dioec., a mon. S. Leonis Tullen. dioec. d. ord. dependentem, a d. Francisc. ad hunc effectum resignatum, uniat cum d. coll. Fr. 24 duc. super quibus una centum Nicolao Longis presb. Parisien. et altera 200 libr. monetae Turonen. Natali Longean cler. pensiones annuae reservatae existunt.
R. ap. S. M. M. non. Nov. 1623 P. an. I.

*Reg. bull. V.* 308.

11. *Romanus Pontifex.* - Urban. VIII, petente Praep. Gen. S. I., mandat officiali Xantonen. ut cum coll. d. S. in civ. Engolismen. nuper erecto uniat prioratum S. Petri de Iarnaco O. S. B. a Stephano Fontaines priore, proc. Ioanne Marchant cler. Pictavien. resignatum, habitu non tamen actu conventualem, a monasterio S. Eparchii d. ord. et Engolismen. dioec. dependentem. Fr. 24 duc.
R. ap. S. M. M. id. Nov. 1623 P. an. I.

*Reg. bull. V.* 304.

12. A. P. R. M. *Inter fideles quoslibet.* - Urban. VIII, petentibus Gaspare Ginesio rect. praep. nunc. parochialium eccl. in Chodel et Ratsossin Cracovien. dioec. et rectore coll. S. I. Lublinen., confirmat concordiam inter eos initam super decimis ex praediis bonorum Chodelien : rector d. coll. cedit ratione decimarum 2 laneos agri in fundo suburbii Chodelien. vulgo Klodaica nunc. sitos, prata in crepidine piscinae Budijm cum iure dominii, Gaspar vero et successores cedunt decimas ex praediis dd. bonorum.
R. ap. S. M. M. XIII Nov. 1623 P. an. I.

*Reg. bull. V.* 153. b.

13. *Exponi nobis nuper.* - Urban. VIII, petentibus epõ Vicen. et rect. et collegialibus coll. S. I. Vicen., mandat archiepõ Tarraconen. seu eius vic. gen. ut d. coll., a Francisco ipso epõ 4000 duc. pretio inchoato assignet cappellam sub invoc. S. Iusti, per quemdam Vivet canonicum constructam neminique collativam, quam de aliquo loco pro div. off. celebratione providens d. Franciscus cum campanili, campanis, sacrario d. collegio concessit.
R. ap. S. M. M. XIII Nov. 1623 P. an. I.

*Reg. bull. V.* 179.

14. *Cum sicut accepimus.* - Urb. VII Friderico card. Borromaeo, eccl. Mediolanen. praesuli committit ut superioribus S. I. et Congregationis S. Pauli decollati et fratrum minorum O. S. Fr. cappuccinorum inhibeat ne alumnos seminariorum d. civ. litterarum studiis sub cura S. I. navantes, quadriennio a die recessus durante, ad habitum regularem admittant.
R. ap. S. P. XVI Dec. 1623 P. an. I.

*Bull. Rom.*

15. C. S. Rit. - Montis Regalis : Iesuitis negatur off. S. Sacr. qualibet fer.V. non impedita et SS. Conceptionis.
1624, 14 feb.

*Anal. iur. pont. VII p.* 175, *n.* 669.

16. *Ex iniuncto nobis.* - Urban. VIII, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus judiciis* 1468, V. id. Maii, petentibus Henrico epõ Conchen. et Ioanne de Montalvo rect. dom. prob. S. I. opp. de Villarejo de Fuentes d. dioec, mandat decano eccl. Toletan. et officiali Toletan. ut, si in evidentem, confirmet in favorem d. domus locationem in emphyteusim perpetuam praedii Paredejas nunc. in terminis oppidorum d. Villarejo, Villascusa et Alconchel siti, sub annuo canone 30 fanecarum tritici, summam 30 duc. constituentium. Valor in proprietate, 400 duc.
R. ap. S. P. VII Kal. Mart. 1623 P. an. I.

*Reg. bull. V.* 162

17. Congr. S. Off. - Patrum S. I. morantium in regno Synarum (vulgo la China) incumbentium conversioni illarum partium lecto memoriali, SS. D. N. Papa concessit eis ut in celebratione missae

uti possint alba in parte anteriore aperta et casula etiam ab uno latere aperta. — Io. Ant. Thomasius S. R. et U. Inq. Notarius.
fer. V. d. 21 Mart. 1624.

*Reg. bull.* V. 166.

18. Congr. S. Off. - Octavius epûs Praenestin. Bandinus, Carolus tit. S. Caesarii Madrutius, Ioannes Garzias tit. SS. 4 cor. Millinus, Fabricius tit. S. Aug. Verallus, Gaspar tit. S. Cr. in Hier. Borgia, Scipio tit. S. Susannae, fr. Desid. Scaglia tit. S. Clem. Cremonen. presbb. et Lud. S. Adriani de Lavallette diac. Cardd... Inquisitores, Francisco Paceco sac. S. I. Provinciali in regno Iaponiae et sacerdotib. ab eo deputandis licentiam ad haeresum confutationem prohibitos libros legendi et retinendi concedit.
Romae XII kal. Apr. 1624 P. an. I.

*Reg. bull.* V. 165.

19. *Oceani fluctibus.* - Urban. VIII iaponios fideles, ex litteris eorum ad Paul. V scriptis solatio accepto, ut adversus tenebrarum principem et periculorum saevitiam fortes sint hortatur, significat gratissimum sibi fuisse audire quae beneficia Hieronymo de Angelis caeterisque S. I. sacerdotibus accepta referant, iisque benedicit.
R. ap. S. P. XVIII Maii 1624 P. an. I.

*Reg. bull.* V. 177.

20. *Ubi iuventus.* - Urb. VIII magistratum Sedunensem hortatur ut sacerdotibus S. I. collegium aliquod in civitate sua patefaciat, gymnasium sapientiae et arcem pietati exstructurus.
R. ap. S. M. M. XXII Iun P. an. I.

*Iul. Pogiani epist. II.* 171.

21. *Ex iniuncto nobis.* - Urban. VIII, citatis litt. Pauli II, *Cum in omn. iudiciis*, 1465, V. id. Maii, petentibus perpetuis vicariis nunc. in eccl. Cracovien. et rect. et collegialib. coll. S. I. Cracovien., mandat epõ Cracovien. et custodi eccl. Cracovien. ut, si in evidentem, confirment venditionem duarum aedium quas dd. vic. in d. civ. ratione perpetuorum beneficiorum possident, ruinosarum vz. (valoris in propr. 690, redd. 32 duc. aur.) pretio 3400 fl. seu 782 duc.
R. ap. S. M. M. VIII id. Iul. 1624 P. an. I.

*Reg. bull.* V, 170.

22. *Fortitudo et fidelitas Helvetiorum.* - Urb. VIII scultetis, landamannis et senatui octo pagorum helv. catholicorum, Lucernae, Uraniae, Subsilvaniae, Svitii, Tugii, Friburgi, Solodori et Abbatiscellae una cum cath. Claronensibus eccl. libertatis defensoribus, ne in Vallesia stabulans haeresis serpat, commendat ut sacerdotes S. I. in Sedunensem urbem evocentur ad collegium erigendum.
R. ap. S. M. M. XVII Aug. 1624 P. an. I.

*Iul. Pogiani epist. II.* 171.

23. *Vallesianae nationis.* - Urb VIII magistratui Sedunensi ut fidei propugnaculum collegium S. I. quamprimum extruat commendat.
R. ap. S. M. M. XVII Aug. 1624. P. an. I.

*Iul. Pogiani epist. II.* 172.

24. A. F. R. M. *Sacrosancti apostolatus.* - Urb. VIII conventionem inter presbyt. regul. S. I. ex una et magistratum civitatis Sedunen. in Valesia ex altera initam ut gymnasium et collegium in ea civitate erigatur, Sedunense in Valesia nuncupandum, cum omnibus clausulis annexis approbat.
R. ap. S. M. M. XVII Aug. 1624 P. an. II.

*Fund. Germ. super. Sedunen. III.*

25. *Exponi nobis nuper.* - Urban. VIII, petente Menica Pimentel et Mendoza, mul. relicta quondam Ferdinandi Alvarez de Toledo Monroy Ayala comitis de Oropesa et de Lettosa Abulen. dioec. mandat epõ Abulen. sive eius vic. gen. ut, attento testamento quo Franciscus de Toledo et Figueroa prorex et capitaneus gen. provinciae del Peru in Indiis occid. voluit bona sua in redditus perpetuos et annuos converti pro coll. S. I. duobus in opp. de Oropesa Abulen. dioec., ex residuo redditus pro dotatione puellarum relicto (3500 duc.) 200 duc. pro augmento fundationis et dotationis coll. S. I. assignet.
R. ap. S. M. M. V Nov. 1624 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 174. b.

26. A. P. R. M. *In Sede Principis.* - Urban. VIII, petentibus Gaspare Card. Borgia et Praeposito S. I. praevio decreto congr.

rit., Franciscum Borgiam, tertium Praep. Gener. S. I. Beatum appellari et officium ac missam de eo indulget.
R. ap. S. M. M. XXIII Nov. 1624 P. an. II.

*Bull. Rom.* *Elench. bull.* (11 sept.)

27. A. P. R. M. *Universalis Ecclesiae regimini.* - Urban. VIII collegii Graecorum Romae a Greg. XIII erecti, a Greg. XV curae S. I. commissi, constitutiones a se Protectore d. collegii edita auctoritate apost. confirmat.
R. ap S. M. M. XXIII Nov. 1624 P. an. II.

*Bull. de propag. fide I.* 34 — *Bull. Rom.*

28. *Copiosus in misericordia.* - Urban. VIII, petentibus Leopoldo archid. Austriae et eccl. Argentinen. et Passavien. administratore perpetuo, officiali Argentinen. mandat ut cum coll. Salestadien (Selestadien.) Argentinen. dioec. per d. Leopoldum erecto, uniat monasterium sub S. Fidei titulo, S. Ben. Ord. ab haereticis destructum. Fr. 100 duc.
R. ap. S. P. kal. Febr. 1624 P. an. II

*Reg. bull. V.* 251. b.

29. A. P. R. M. *Exposcit debitum.* - Urban VIII, petente Isabella Clara Eugeniae Belgii principissa, beneficium annexum capellae B. V. in parochiali eccl. opp. Hallensis Cameracen. dioec. sitae, in qua imago B. M. V. miraculis celeberrima asservatur et devotionem confluentium pro missione vocati valde ante aliquot annos excitarunt presbyteri S. I., cum coll. d. Soc. ab ea ibi erecto tenues redditus habente unit, quamprimum d beneficium vacaverit per cessum etiam ex causa permutationis seu decessum, dimissionem seu religionis ingressum Aegidii Ursini de Vivariis cler. Leodien. et in utraque signatura S. Pont. referendarii et prodatarii et prael. domestici.
R. ap. S. P. VII kal. Apr. 1624 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 190.

30. *Ad exequendum pastoralis.* - Urban. VIII, petentibus Ludovico rege chr. et rectore et collegialibus coll. S. I. Parisien., mandat officiali Burdigallen., eo quod Ordinarius Engolismen. dd. rectori et colleg. iustis de causis suspectus est, ut monasterium de

Corona nunc. O. S. Aug. can. reg. Engolismen. dioec. per obitum Henrici pr. card. de Retz vacans (fr. 141 fl.) supprimat, fructus in domus professae d. S. et illius ecclesiae constructionem donec perfectae fuerint applicet et dein in d. collegii usus convertat.
R. ap. S P. III non. Apr. 1625 P. an.II.

*Reg. bull. V.* 316. b. *Fund. pr. Franc.*

31. *Ex munere nobis.* - Urban. VIII, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, v. id. Maii, mandat decano eccl. Leodien. et officiali Leodien. ut confirmet concordiam super decimis bonorum a Greg. XV (cf. Pauli V, n. 234) coll. S. I. Traiecten. unitorum inter Io. Bibaus et rect. d. coll. initam, ut rector praeter 25 m. fl. abbati soluta alios 10 mille ad rationem 20 stuferorum pro quolibet floreno, seu 2500 duc. auri de cam. ante biennium solvat.
R. ap. S. P. IV id. Maii 1625 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 184.

32. *Ex debito pastoralis.* - Urban. VIII, petentibus Vespasiano de Angelis praeside Congr. Rom. Ord. Cistercien. et Stephano Monochio rect. coll. S. I. de Urbe, mandat vic. gen. episcopi Camerinen. ut confirmet transactionem initam super monasterio Clarae Vallis de Fiastro nunc. d. Ord. Camerinen. seu nullius dioec. quod Alexandri tit. S. M. in via pr. Card. Sfortia nunc. obitu vacans Gregorius XIII cum collegio S. I. de Urbe uniit, seu super lite anno 1592 id. exorta, modo abbatis gen. d. Ord. assensus accedat.
R. ap. S. P. id. Maii 1625 P. an. II.

*Reg. bull. VI.* 1-6.

33. *Ex pastoralis officii.* - Urban. VIII, petentibus Ioanne Carpentier cler. Briocen. et rect. et collegialib. collegii S. I. in civ. Corisopiten. tribus abhinc annis de Lud. reg. chr. consensu erecti, mandat officiali Rhedonen. ut cum d. coll. uniat prioratum S. Stephani de la Bretonniere O. S. Aug. can. reg. Rhedonen. dioec. a d. Ioanne resignatum (Fr. 24 duc.), a mon. S. Iacobi prope Montfortier d. Ord. dioec. Maclovien. dependentem, habitu non actu conventualem nec electivum, sine cura animarum. Pensio 380 libr. Turon. reservata d. Ioanni.
R. ap. S. P. XIV kal. Iul. 1625 P. an. II.

*Reg. bull. V.* 319 b.

34. *Alias a nobis emanarunt.* - Urban. VIII, breve beatificationis Francisci Borgiae (n. 26) citans, extendit indultum pro off. et missa ad presb. saeculares et regulares adeuntes domos et eccl. S. I.
XI Sept. 1625.

*Bull. Rom.* *Elench. bull.*

35. *Ex debito pastoralis officii.* - Urban. VIII, petentibus Martino Cracovien. tum Plocen. et Henrico moderno Plocen. episcopis, capitulo et canonicis eccl. Plocen. et collegialibus coll S. I. Plocen., anno 1616 erecti a. d. Martino, mandat suo in regno Poloniae Nuntio ut confirmet donationem d coll. factam decimarum in villa Lutobrok Pultovien., in villis Kupistin. et Konarsycen. districtus Lovizen. et in villis Czarniczim et Czervuone distr. Colnen. ad mensam episcopalem spectantibus, et concordiam super lite quadam initam confirmet.
R. ap. S. M. M. XIV kal. Oct. 1625 P. an. III.

*Reg. bull.* V. 222 b.

36. *Ad augendam fidelium.* - Urban. VIII pro oratione 40 horarum in eccl. S. I. indulgentiam plenariam (Cf. Pauli V n. 212) concedit. Ad septennium.
R. ap. S. M. M. X Oct. 1625 P. an III.

*Reg. bull.* V. 192.

37. *Romanus Pontifex.* - Urban. VIII officiali Sagien. mandat ut, reiectis omnibus interpellationibus et praetentionibus, collegium S. I. in urbe Cadomensi Baiocen. dioec. in possessionem inducat cappellae seu prioratus B. Maria de Cocheria Sagien. dioec. qui a prioratu S. Barbarae in Algia dependet.
Tusculi, XI kal. Nov. 1625 P. an. III.

*Fund. prov. Franc. Cadomi.*

38. *Exponi nobis nuper.* - Urban. VIII, petentibus Carolo Emm. Sabaudiae duce et Pedemontium principe et rectore et collegialibus coll. S. I. Taurinen., mandat archiepiscopo Taurinen. ut testamentum Guillelmi Baldassani canon. theologalis eccl. Taurinen. Carmagnole d. dioec. oriundi, quo bona sua collegio in d. opp. Carmagnole erigendo anno 1583 donabat,

quam erectionem 1611 promisit Praep. Gen. d. Soc. cum dd. bona ad annuum valorem 1500 sc. ascendere contingeret, mutans, dd. bona Taurinen. collegio assignet, ita ut d. Guillelmus insignis benefactor cum solitis suffragiis habeatur, lectiones artium et s. theologiae huc introducantur et missiones in d. loco fieri soleant.
R. ap. S. M. M. XXVII Oct. 1625 P. an. III.

*Reg. bull. V.* 195 b. *Fund. pr Mediolan. t. I.*

39. S. Congr. de prop. fide. – Decretum de mandato speciali Urbani VIII, rectoribus collegior. pontificiorum districte praecipiens ut ab alumnis qui maiores 14 annis in d. coll. recipientur, tempore admissionis, vel si minores fuerint, post 14 ann. completum, iuramentum iuxta subiectam formulam omnino exigant, illudque in archiviis dd. coll. asservent.
24 Nov. 1625.

*Elench. bull.*

40. *Coelestium munerum.* – Urban. VIII, petente Mutio Vitellescho Praep. Gen. S. I. indulgentiam plen. et apostolicam benedictionem pro missionibus concedit (Cf. Pauli V. n. 225). Ad septennium.
R. ap. S. P. XX Dec. 1625 P. an. III.

*Reg. bull. V.* 193. b.

41. *Qui lacte pietatis.* – Urban. VIII regi Poloniae declarat molestissimum sibi accidisse quod talis discordia existat inter academiam Cracoviensem et PP. S. I. collegium Cracoviense moderantes : sperat id utrique parti fore gratum quod tribunal rotae decreverit.
R. ap. S. P. XX Dec. 1625 P. an. III.

*Fund. Pol. t. II. Cracovien.*

42. Congr. S. Off. – Facultates concessae a S. D. N. Urbano div. prov. PP. VIII presbyteris S. I. missionariis profecturis Smyrnam, Aleppum et ad alias regiones dominii Turcarum ad propagandam fidem. Ad septennium.
XXVI Feb. 1626.

*Reg. bull. V.* 194. b.

43. *Ex injuncto nobis.* - Urban. VIII, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis* 1465, v. id. Maii, petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. Neapolitan., mandat decano eccl. Puteolan. et vic. gen. episcopi Puteolan. ut, si in evidentem, facultatem concedant d. collegio campum capacitatis 2 modiorum cum 2 stabulis, ex quo redditum 6 duc. aur. de cam. percipiunt, in emphyteusim perpetuam ad effectum in eo aedificandi domos sub annuo canone 12 duc. cedendi.
R. ap. S. P. IV id. Febr. 1626 P an III.

*Reg bull. V.* 198.

44. A. F. R. M. *Salvatoris et Domini nostri.* - Urban. VIII exponentibus Philippo archiep. Philippensi vicario apost. in foederatis Belgii provinciis necnon clero ac presbyteris S. I. et aliis regularibus missionariis, *Resolutionem dubiorum et difficultatum quae a Vic. apost. Hollandiae... proposita sunt*, kal. Maii 1623 a Congr. de propag. fide emanatam et concordiam super dubiis de illa resolutione, auxilio Ioannis Francisci archiep. Patracensis in belgicis ditionibus Nuntii et episcoporum 15 Oct. 1624 initam approbat et omnibus observare iubet.
R. ap. S. M. M. V Maii 1626 P. an. III.

*Bull. de propag. fide I,* 54. *Elench. bull.*

45. Cong. S. Rit - Manilen. Pro archiepiscopo : Decretum 19 Feb. 1622 (Cfr. Greg. XV. n. 24).
4 Iul. 1626.

*Anal. iur. pont. VII.* 743.

46. A. P. R. M. *Etsi Rom. Pontificem.* - Urban. VIII, petente Ioanne com. de Nassau qui 6 Iun. prox in terra de Sigen suae tempor. iurisdictionis Moguntin. dioec. calvinisticam haeresin ab 80 annis in suo comitatu grassantem proscripsit et Societati Iesu pro coll. in d. terra erigendo concessit monasterium de Ceppl nunc. olim monialium Praemonstr. Ord. desertum (fr. 1000 sc.) et ecclesiam, ab haeret. occupatam, domus regularis fr. ord. min S. Fr. de obs., dd. uniones confirmat. Cur. caus. cam ap. gen. auditori, vic. gen. archiepiscopo Moguntin et episcopi Spiren. exec. committit.
R. ap. S. M. M. XVIII Iul. 1626.

*Reg. bull. V.* 218 b. 230.

47. A. P. R. M. *In supereminenti.* - Urban. VIII, petentibus Leopoldo archid. Austriae et rectore et collegialib. coll. S. N. I. opp Friburgi Constantien. dioec. provinciae Maguntin. cum d. coll. in d. opp., quod Brigoiae caput est, per d. Leopoldam erecto unit praeposituram olim conventualem Ellenberg in Sungoia O. S. Aug. can. reg. Basilien. dioec. quam Petrus Manderey cler. Leodien. in utraque signatura R. P. referendarius obtinet, valoris annui 300 duc. auri de cam., apprehendendam post d. Petri obitum. — Caus. cur. cam. ap. gen. auditori, praep. coll. eccl. opp. de Saltz Argentinen. dioec. et officiali episcopi Constantien. execut. committit.
R. ap. S. M. M. VII id. Aug. 1626 P. an. IV.

*Reg. bull. V* 211 b.

48. A. P. R. M. *In apostolicae dignitatis.* - Urban VIII, petentibus Leopoldo archid. Austriae et rect. et collegialibus coll. S. I. Friburgen. in Brisgoia, cum. d. coll., ad quod ex omnibus fere Germaniae, Lotharingiae, Burgundiae aliisque finitimis regionibus concurritur. prioratus olim conventuales S. Udalrici S. Ben., et S. Morandi Cisterc. Ordinum, valoris ann. 200 duc. unit. Cur. caus. cam. ap. gen. auditori, praep. collegialis eccl. de Seltz Argentin. dioec. et officiali episcopi Constantien. exec. comm.
R. ap. S. M. M. VII id. Aug. 1626 P. an. IV.

*Reg. bull. V.* 214. b.

49. A. F. R. M. *Super specula militantis.* - Urban. VIII, petente Philippo Portugalliae et Algarbiorum rege catholico, ecclesiae Machaonen. in part. Ind. Orient. pastore destitutae administrationem Didaco episcopo Funayen. in regnis Iaponensibus ad eccl. suam ob persecutionem accedere non valenti ad sexennium committit; archiepiscopo cui d. eccl. Machaonen. subest, et ipse subsit.
R ap. S. M. M. XXVII Aug. 1626 P. an. IV.

*Reg. bull.* V. 200.

50. *In supereminenti.* - Urban. VIII, petente Leopoldo archiduce Austriae, episcopo Vratislavien. committit ut collegium ab archiduce Carolo ecclesiarum Brixien. et Vratislavien. administratore in oppido Nissa Vratislavien. dioeceseos pro S. I. fundatum

cum publica universitatis facultate apostolica auctoritate confirmet.
R. ap. S. M. M X Sept. 1626 P an. IV.

*Bull. Rom.*

51. *Noverint universi.* – Concessio pallii P. Stephano de Britto electo archiepiscopo Cranganoren. seu Angamalen. absenti, procuratore Laurentio de Paulis S. I. – Attest. Caroli Ant. Vaccarii S. caer. mag. et sed. apostolicae not.
XVII Sept. 1626 P. Urb. VIII an. IV.

*Reg. bull.* V. 202. b.

52. *Noverint universi.* – Concessio pallii P. Alphonso Mendez electo patriarchae Aethiopiae absenti, eod. proc. et not.
XVII Sept. 1626 P. Urb. VIII an. IV.

*Reg. bull.* V. 203. b.

53. Congr. S. Off. – R. P. Didaco episcopo Iaponen. concessa pro sacerdotibus et ministris eccl. Iaponen. facultas ut durante persecutione possint in missa sibi ipsi respondere ac ministrare, dum non est qui sciat, ac ubi breviarium absque periculo ferre non possunt, recitare valeant ros. B. M. V. vel alias orationes et psalmos quos memoria tenent. – Attest. Thomas de Federicis Not. subst.
f. V. d. 17 Sept. 1626.

*Rug. bull.* V. 206. b.

54. *Alias a nobis.* – Urban. VIII, citatis litt. suis : *Religionis zelus*, ap. S. Pet. 30 ap. 1625 de professione post 4 menses in Ord. S. Ben. Congr. Hisp. ab Ant. Perdiguer S. I. per 30 annos habitum gestare solito emittenda, exponente Praep. Gen. S. I. quod d. Antonius, licentia obtenta transeundi ad de Monserrato monasterium O. S. B. in quo regularis viget observantia, in alio d. Ord. monachorum claustralium monasterio, inter quos nulla viget reg. obs. et qui seorsim in domib. privatis habitare et beneficia ecclesiast. in titulum sive commendam obtinere solent, habitum susceperit et professionem emiserit, mandat Ioanni Bapt. patriarchae Antiocheno suo in Hisp. regnis Nuntio ut professionem invalidam declaret cogatque vel Soc. habitum arbitrio Praep. Gen. vel mon. reg. obs. habitum suscipere.
R ap. S. M. M. II Oct. 1626 P. an. IV.

*Reg. bull.* V. 204. b.

55. A. F. R. M. *Pastoralis officii.* - Urban. VIII Christifidelibus in partibus Indiae Orient. commorantibus, quum ad Urbem iubilaei tempore accedere minime potuerint, ecclesiam per Ordin. designandam per 15 dies visitantibus et 5 or. dom. et sal. ang. recitantibus plenariam eiusdem anni iubilaei indulg. facultatem eligendi confessarium. etc. concedit - Ad 4 menses.
R. ap. S. M. M. VII Oct. 1626 P. an. IV.
*Nota* (Reg. bull. V. 211.) Sub eadem data Malacen. 1. altare privilegiatum ad 15 annos. 2. indulg. plen. in eccl. S. Thomae pro d. festo. 3. in eccl. S. Stephani in festo Expectat. partus B. M. V. 4. pro eccl. B. M. Pietatis pro festo invoc. eiusdem 5. pro eccl. S. Laurentii pro d. festo 6. iubilaeum sicut pro Ind. Or. — Singula ad 15 annos.

*Reg. bull. V.* 206. b.

56. A. F. R. M. *Ut animarum saluti.* - Urban. VIII Didaco episcopo Funayensi in Iaponia et, sede episcopali vacante, eiusdem ecclesiae administratori, ac Superiori clericorum regularium S. I. in Sinarum regno, cum episcopus constitutus non erit, facultatem confert ad decennium dispensandi in cultus disparitate, gratis tamen sub censurarum comminatione.
R. ap. S. M. M. VII Oct. 1626 P. an. IV.

*Bull. de prop. I.* 62. *Reg. bull. V.* 207. b.

57. A. F. R. M. *Romanus Pontifex.* - Urban. VIII, attendens ad continuum fidei in insulis iaponicis incrementum, Didaco episcopo Funayen. in d. insulis petenti varias concedit facultates absolvendi, dirimendi matrimonia quaedam non ita rata quin necessitate suadente dissolvi possint, baptizandi servatis ceremoniis quae ad substantiam bapt. requiruntur. Ad 15 annos.
In arce Gandulphi Albanen. dioec. XX Oct. 1626 P. an. IV.

*Reg. bull. V.* 208. b.

58. *Pastoralis officii cura.* - Urban. VIII, petentibus Mutio Vitelleschi Praep. Gen. S. I. et Petro Verthamonio rectore novitiorum seu domus prob. eiusdem S. per provinciam Tolosanam, mandat officiali episcopi Caturcen. ut cum d. domo uniat prioratum B. M. de la Ramiere nunc O. S. Aug. can. reg. Caturcen. dioec. a Ioanne Savignac cler. Ruthenen., procuratore Petro de la Horru presb. Tolosan., resignatum, a mon. de Corona nunc. d. Ord. Engolismen. dioec. dependentem, a 40 annis desertum monachis. Fr. d.

prioratus et S. Martialis de Vialars annexi, 24 duc. Accedat assensus abb. seu perp. commendatarii d. mon.
R. ap. S. M. M. IV kal. Dec. 1626 P. an. IV.

*Reg. bull. V.* 323. b.

59. A. F. R. M. *Alias fel. rec. Paulus V.* - Urban. VIII, petente Philippo Hisp. rege catholico, ob inconvenientia orta ex collatione graduum a Paulo V partibus Indiarum occidentalium tam fratribus O. Praed. quam presbyteris S. I. concessa, decernit gradus in dictis tantum provinciis suffragari et sub cautelis, quae indicantur.
R. ap. S. P. VII Ian. 1627 P. an. IV.

*Bull. Rom.*

60. *Nili fluminis impectus.* - Urban. VIII sultano Sagued imperatori Aethiopiae de litteris ad Greg. XV missis solatium significat, apost. benedictionem impartitur, promittit se a potentissimo Hisp. rege postulaturum ne unquam frustra ab eo peti Austriacae potentiae auxilium patiatur, qui patriarcham Aethiopiae eiusque socios veneratur.
R. ap. S. P. I Febr. 1627 P. an. IV.
*Nota.* Cum hoc brevi missa fuerunt tria 1. iubulaei pro tota Aethiopia 2. Indulg. plen. ad septennium 3. ind. plenariae pro imperatore eiusque fratre in art. mortis.

*Reg. bull.* V. 233.

61. *Patrocinium gentis.* - Urban. VIII regi catholico in favorem imperatoris Aethiopiae intercessionem suadet.
R. ap. S. P. I Febr. 1627 P. an. IV.

*Reg. bull.* V. 234.

62. A. P. R. M. *Ex debito pastoralis officii.* - Urban. VIII, petentibus Francisco tit. S. Praxedis pr. Card. de Sourdis nunc., conventu et monachis mon. S. Launomari Blesen. nunc. O. S. B. Carnoten. dioec. cuius d. Fr. commendam obtinet, et rectore et collegialibus coll. S. I. Aurelianen., initam de prioratu S. Sulpitii de Aquila vulgo de laigle nunc. O. S. Aug. Ebroicen. dioec. per Paulum V d. coll. unito, cui unioni rector universitatis studii gen. Parisien. se opposuit et nonnulli monachi de d. mon. accesserunt, concordiam confirmat: rector d. coll. 880 libras turon. solvat 4

monachis, unique monacho Blesis studenti 300 libras sing. annis, quovis decennio d. monasterio calicem valoris 100 libr. tradat, semel 1500 libr. pro repar. aedif. et 100 libr. pro expensis oppositionis.
R. ap. S. P. VI kal. Mart. 1626 P. an. IV.

*Reg. bull. V.* 327.

63. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Urban. VIII, petente Didaco epõ Iapponen., confirmat decretum Cardd. negotio prop. fidei praepos. sc. a regularibus quoad publicandas indulg. servandam esse dispositionem s. conc. Trid. S. 21 c. de reform. non obstante quacunque exemptione aut privil. v. g. confrat. Rosarii, quoad confraternitates observandam esse Const. Clem. VIII 28 dec. 1604 *Quaecunque a Sede Ap.*, quoad praedic. evang et sacram. admin. observandas esse Const. Clem. VIII 12 dec. 1600, Pauli V 10 Ian. 1608, et decr. d. congr. 13 Iun. 1625.
R. ap. S. P. XXVII Feb. 1627 P. an. IV.

*Reg. bull. V.* 217 b.

64. *Ut decreta alias.* - Urban. VIII d. epõ ut tanquam sedis apost. delegatus contra quoscumque cuiusvis Ord. Congr. aut Instit. regulares qui decretis 27 sept. 1626 Cardd. neg. prop. fid. praepp. non paruerint procedat fac. concedit.
R. ap. S. P. XXVII Feb. 1627 P. an. IV.

*Bull. Rom.* *Reg. bull. V.* 218.

65. A. F. R. M. *Conservationi et manutentioni.* - Urban. VIII domui et confraternitati misericordiae nunc. de Machao Funayen. dioec. in part. Ind. Orient. concedit facultatem eligendi conservatores.
R. ap. S. M. M. XXIV Apr. 1627 P. an. IV.

*Reg. bull. V.* 121

66. A. F. R. M. *Pias Christifidelium.* - Urban. VIII confirmat aggregationem domus et confr. praedictae archiconfraternitati charitatis etiam nunc. de Urbe.
R. ap. S. M. M. XXIV Apr. 1627 P. an. IV.

*Reg. bull. V.* 221 b.

67. A. P. R. M. *Ex iniuncto nobis.* - Urban. VIII, petentibus patribus et collegialibus coll. S. I. opp. Aschaffenburgensis Maguntin. dioec., cum d. coll. sub invoc. SS. Trinitatis per Ioannem Suicardam archiepisc. Moguntin. S. R. Imp. per Germaniam archicancell. et principem Electorum erecto, cum redditu annuo 900 fl., 75 modiorum frum. et 5 plaustr. vini et media decima ad 20 modia frum. ascendente ad sacellum nunc dirutum S. Aemiliani spectante, unit monasterium monialium Himmelthal nunc. Ord. Cist. a d. opp. 3 hor. distans, temporum calamitate, haeresi et morum licentia ab haereticis vicinis usurpatum et elapsum. Officialibus archiep. Moguntinen. et epõrum Herbipolen. et Bambergen. exec. committit.
In arce Gaudulphi Albanen. dioec. VIII id. Maii 1627 P. an. IV.

*Reg. bull. VI.* 6 b.

68. A. F. R. M. *Dilectos filios.* - Urban. VIII alumnis sem. nationis Hiberniae in civ. Ulixbonen. ad triennium concedit ut possint extra tempora absque Ord. dimissorialibus ad s. ordines promoveri.
R. ap. S. M. M. XX Maii 1627 P. an. IV.

*Reg. bull. V.* 220 b.

69. A. P. R. M. *Quoniam divinae bonitati.* - Urban. VIII collegium Viennense a Greg. XIII pro 40 pueris erectum, literis tamen de ea erectione non repertis, de novo erigit pro 20 alumnis, redditu 1530 scutorum instruit, presbyteris S. I. submittit, modum et formam admissionis praescribit, privilegia tribuit.
R. ap. S. M. M. kal. Iun. 1627 P. an. IV.

*Bull. de propag. fide I.* 82. *Elench. bull.*

70. A. P. R. M. *Quoniam divinae bonitati.* - Urban. VIII collegium Pragense a Greg. XIII pro 40 adolescentibus erectum, literis tamen de ea erectione non repertis, renovat pro 20 alumnis, redditu 1530 talerorum instruit, presbyteris S. I. subiicit, modum et formam recipiendorum praescribit, privilegia tribuit.
R. ap. S. M. M. Kal. Iun. 1627 P. an. IV.

*Bull. de propag. fide I.* 78. — *Bull. Rom.* *Elench. bull.*

71. A. P. R. M. *Zelo domus Dei.* - Urban. VIII collegium Illyricorum in civitate Lauretana a Greg. XIII pro 30 adolescen-

tibus erectum, dein ad 12 alumnos Romam translatos redactum, de novo Laureti pro 26 illyricis et 6 bulgaris erigit et gubernandum presbyteris S. I. tradit, privilegiis ornat et gratiis spiritualibus.
R. ap. S. M. M. kal. Iun. 1627 P. an. IV.

*Bull. de propag. fide I. 73. — Bull. Rom.* *Elench. bull.*

72. *Exponi nobis nuper.* - Urban. VIII, petentibus Iac. Ant. Quadrio presb. seu cler. perp. beneficiato in paroch. eccl. S. Mauritii loci Pontis Vallistellinae Comen. dioec. et presbb. S. I. missionis Comen. civ. vel dioec., epõ Comen. sive eius vic. gen. et archipr. eccl. Comen. mandat ut, si in evidentem beneficii utilitatem, confirment permutationem petii terrae ad simplex beneficium sub invoc. S. Ioannis in d. eccl. spectantis (redd. 3 scut.) pro alio petio (redd. 4 sc.) a dd. presb. ad effectum praesentis recens empto.
R. ap. S. M. M. VIII Iun. 1627 P. an. IV.

*Reg. bull. V.* 225 b.

73. *Exponi nobis nuper.* - Urban. VIII, petente Philippo de Pellicanis tutore Antonii Franc. Pellicani, mandat epõ Maceraten. sive eius vic. gen. ut, attendens ad testamentum d. Antonii, cuius tenor citatur, confirmet in favorem coll. Romani S. I. emptionem casalis la Petaccia nunc. in prov. Marchiae pro 3 ex 4 partibus.
R. ap. S. M. M. VIII Iul. 1627 P. an. IV.

*Reg. bull. V.* 283-296.

74. S. Congr. de prop. fide. - Decretum P. Praeposito Gen. S. I. mandans ut in admittendis ad S. nobilibus Hungaricis caute procedatur, ad declinandam parentum querelam et ne bona ad haereticos proximiores transcribantur.
12 Iul. 1627.

*Elench. bull.*

189. Congr. S. R. et U. Inquis. – Attentis decreto Pauli V per nuntios apostolicos vetantis ne imprimatur in materia de Auxiliis, etiam praetextu commentandi S. Thomam, nisi tractatus ad S. Inquis. prius missus – et decreto Urb. VIII 22 Maii 1625, idem. vetantis, donec aliud a Sede Ap. fuerit ordinatum, ac decernentis poenas – liber C. Iansenii *Augustinus*, et eius occasione impressae *Theses* a Patribus S. I. Antwerpiae et omnia edita atque imprimenda pro vel contra Iansenium et iesuitas, prohibentur et sub pœna excomm. ipso facto incurrenda retineri ac legi vetantur. Insuper, sub praed. pœna vetatur quidquam quavis occasione de materia div. auxiliorum imprimi, sine expressa et speciali S. S. licentia donec aliud fuerit ordinatum : pœna Sanct. Suae et S. Congr. reservata.
1 Aug. 1641.

*Analecta Iur. Pont. I.* p. 1223. *Elench. bull.*

190. A. P. R. M. *In his auctoritatis nostrae.* – Urb. VIII, supplicante Mutio Vitelleschi Praep. Gen. S. I., statuit presbyteros, clericos, coadiutores et novitios S. I. iuxta morem d. S. confessario pro tempore deputato et non aliis confiteri, ita tamen ut 5 vel 6 vicibus quolibet anno offeratur conf. extraordinarius.
R. ap S. M. M. XXIII Aug. 1641 P. an. XIX.

*Nov. bull. S. I.* 173. *Elench. bull.*

191. Facultates concessae a S. D. N. Urbano PP. VIII P. Isaac D'Aultry (cfr. n. 133) missionario S. I. Cpoli. – In gen. congr. S. R. et U. Inq. habita in pal. apostolico montis Quirinalis SS. D. N. P. praedictus concessit .... ad septennium – F. Card. Barberinus. I. Ant. Thomasius N.
F. V d. XIX Sept. 1641.

*Reg. bull. VI.* 82.

192. A. F. R. M. *Exponi nobis.* – Urban. VIII, petenti Carolo Ant. Guagio Perusino, concedit ut competentem ratione legati in favorem duorum e terra Aquaependentis studentium collegio S. I. Perusino relicti locum studii permutet et litteris operam det in Urbe.
R. ap. S. M. M. XII Oct. 1641 P. an. XIX.

*Reg. bull. VI.* 85 b.

**193**. Cong. S. Rit. - Recanaten. Pro anniversario dedicationis ecclesiae dies certus per episcopum eligi debet nec iam mutari.
11 Nov. 1641.

*Gardellini*, 1353.

**194**. *Justis et honestis*. - Urban. VIII, petentibus rect. et presb. coll. S. I. Mediolanen., mandat vic. gen. archiepiscopi Mediolanen. ut confirmet permutationem possessionis, oneri solutionis decimae erga paroch. eccl. loci de Dergheno o. dioec. in 160 libris imperialibus solvendo obnoxiae an. 1621 Ioanni P. Bimio venditae, pro altera de Landonio nunc. ab omni decima libera, in hanc praed. onere an. 1630 translato.
R. ap. S. P. XV kal. Ian. 1641 P. an. XIX.

*Reg. bull. VI.* 83.

**195**. S. Cong. Indicis. - Damnat et prohibet librum : *De la hiérarchie et de ceux qui la composent*, par le P. L. Cellot, iés. de Paris.
XXII Ian. 1642.

*Ann. de la S. des soi-dis. Jésuites III,* 715.

**196**. *Pastoralis officii*. - Urbani VIII revalidatio nonnullarum professionum in S. I. non rite emissarum.
29 Ian. 1642.

*Elench. bull.*

**197**. Cong. S. Rit. - Maceraten. Spectare ad sacerdotes S. I. officia funeralia super defunctis, sin per se non faciant, per parochum, non per alios exteros presbyteros facienda.
10 Mai 1642.

*Gardellini*, 1380.

**198** A. P. R. M. *Honorum dignitatumque*. - Urb. VIII de voto simplici professorum S. I. non procurandi aut acceptandi dignitatem, declarat illo obligari dimissos et translatos ad aliam religionem nec posse dispensari nisi a R. Pontifice.
R. ap. S. P. XXVI Febr. 1643 P. an. XX.

*Nov. bull. S. I.* 174. *Elench. bull.*

199. Congr. gen. S. Inquis. - Liber. Mich. Rabardei S. I. Aurelian. *Optatus Gallus de cav. schism. benigna manu sectus*, damnatur tanquam favens potius schismati.
19 Mart. 1643.

*Ann. de la S. des soi-dis. Iésuites, III.* 797.

200. *Nuper pro parte.* - Urban. VIII, peteutibus rectore coll. S. I. et capitulo et canonicis saec. et collegiatae eccl. S. M. Maioris casalis nunc. Capuan., mandat archiepiscopo seu archipresb. (Capuan.) ut confirment commutationem quorumdam terrae petiorum ad invicem inter oratores, valoris 170, redd annui 11 duc.
R̥. ap. S. P. XIII Apr. 1644 P. an. XXI.

*Reg. bull. VI.* 86 b.

201. *Exponi nuper.* - Urbani VIII breve P. Michaeli Columerae prof. S. I. quo permittitur illi, instante Praep. Gen., ut ad subveniendum egestati genitricis viduae et sororum nubilium, summam sc. 500 mon. rom. acquirere possit. Quod si intra 5 vel 6 mensium spatium redditus huiusmodi consequi non potuerit, tunc extra domos regulares S. I. habitu tamen retento, degere et pernoctare conceditur ut ex industria necessitatibus matris et sororum subveniat.
30 Maii 1644.

*Elench. bull.*

202. A. P. R. M. *Ex debito pastoralis.* - Urban. VIII, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. Asculan. et parochis seu clero eccl. seu civ. Asculan., confirmat concordiam inter eos de consilio Iulii Card. Gabriellii nunc. d. maioris eccl. Asculan. praesulis initam super oratorio sub invoc. S. Catharinae Asculan., a Paulo V d. collegio annexo, nulliusque redditus.
R. ap. S. P. XVI kal. Iul. 1644 P. ann. XXI.

*Reg. bull. VI.* 87.

# INNOCENTII X.

Innocentius X, Romanus, Ioannes Bapt. Pamphilius Card. tit. S. Eusebii, creatus XV Sept., coronatus IV Octobris 1644, obiit VII Ian. 1655.

P. Sfortiam Pallavicinum inter theologos adlegit, quorum consilio damnavit 24 Ian. 1647 assertam omnimodam aequalitatem inter SS. Petrum et Paulum sine subordinatione huius ad illum in regimine Ecclesiae, ac deinde 31 Maii 1653, quinque propositiones Iansenii. P. Francisco Piccolomineo negotium dedit ut Christinam Sueciae reginam ab haeresi revocandam procuraret, ad quam idcirco missus est P. Paulus Casatus S. I. theologus.

Eius iussu congregatio particularis, Bernardino Card. Spada praefecto, 5 non. Apr. 1653 ad Ioannem de Palafox Angelopolitanum episcopum Societati minus faventem scripsit : « Te etiam atque etiam hortamur ut, ea qua decet in tam laudabilem proficuumque ordinem existimatione, religiosam hanc familiam, in vinea Domini summo cum fructu ac labore desudantem, paterna charitate amplectaris ac foveas » Et congregatio S. Inquisitionis in decreto 23 Apr. 1654 : « Caeterum, quum circumferantur quaedam asserta acta, manuscripta et forsitan typis excusa, congregationum habitarum coram fe. rec. Clemente VIII et Paulo V super quaestione de auxiliis gratiae, tam sub nomine Francisci Pegnae, olim Rotae Romanae decani, quam Fr. Thomae Lemos O. Pr. aliorumque praelatorum et theologorum, qui, ut asseritur. praedictis interfuerunt congregationibus, necnon quoddam autographum seu exemplar assertae constitutionis Pauli V super definitione praedictae quaestionis ac damnationis sententiae seu sententiarum Lud. Molinae S. I. : eadem Sanctitas, suo praesenti hoc decreto, declarat ac decernit praedictis assertis actis tam pro sententia FF. Ord. S. Dominici quam Ludovici Molinae aliorumque S. I. religiosorum, et autographo sive exemplari praedictae assertae constitutionis Pauli V nullam omnino esse fidem adhibendam, neque ab alterutra parte seu a quocumque alio allegari posse vel debere, sed super quaestione praedicta observanda esse decreta Pauli V et Urbani VIII suorum Praedecessorum. »

---

1. S. Rit. Congr. – Decretum de apponendo off. S. Ignatii in brev. Romano, die eius festo 31 Iul.
29 Oct. 1644.

*Elench. bull.*

2. *Ex iniuncto nobis.* – Innoc. X petentibus rect. et presb. coll. S. I. Parmen. mandat vic. gen. episcopi Parmen. ut concedat,

si in evidentem, facultatem alienandi bona quaedam ex haereditate univ. anno 1601 Caeciliae de Caligariis Parmen. et ex dispositione anno 1621 Franc. de Pegolottis cler. Parmen. d. coll. relicta, et emendi alia bona stabilia melioris redditus, ut coll. censibus ad 7700 sc. ascendentibus, quorum occasione ad rationem 7 pro quolibet centenario interessuria solvit, gravatum, census extinguere melius possit.
R. ap. S. P. V id. Ian. 1644 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 88.

3. *Ex iniuncto nobis.* – Innoc. X, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. Pictavien., mandat officiali episcopi Pictavien. ut in favorem d. coll., cum quo a Paulo V, consentientibus Malleacen. episcopo collatore et monachis monast. insulae Malleacen., unitus fuerat prioratus S. Martini de Leguge Pictavien. dioec., a Ioanne Pourault, monacho O. S. B. in monast. S. Cypriani prope Pictavien. civ. resignatus — uniat sacristiam d. prior. (redd. 24 duc.) ab eodem resignatam.
R. ap. S. P. III id. Maii 1645 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 90 b.

4. S. Congr. Conc. – Decretum in causa decimarum regni Poloniae, ubi censuit a regularibus et patribus S. I. solvendas esse decimas parochis et aliis beneficiatis regni Poloniae, quae solvebantur a laicis priusquam eorum bona in regularium proprietatem essent translata, firmis tamen remanentibus transactionibus desuper factis. Die vero 31 Iulii, SS. D. N. Emō Card. Praefecto referente in consistorio approbavit.
17 Iun. 1645.

*Elench. bull.*

5. S. Congr. de propag. fide. – Decretum circa correctionem iuramenti ab alumnis pontificiis praestandi, cum eiusdem formula.
12 Sept. 1645.

*Elench. bull.*

6. S. Congr. de propag. fide. – Decretum quo approbantur, annuente SS., responsa et resolutiones datae ad quaesita missio-

nariorum regni Synarum, instante P. Ioanne Bapt. de Morales Ord. Praed.
12 Sept. 1645.

*Elench. bull.*

7. *Nuper pro parte.* – Innocentii X breve directum Vicario Gen. S. I. (Car. Sangrio) quo facultatem concedit P. Alphonso Cignardo prof. S. I. transeundi ad Ord. fr. servorum B. M. V. seu ad aliam religionem claustralem iuxta facultatem quam habet Praep. Gen. sic indulgendi.
30 Sept. 1645.

*Elench. bull.*

8. Facultates concessae a S. D. N. Innocentio X P. Dominico de Mauritiis, rectori coll. S. I. in civ. Chii. – In congr. gen. S. R. et U. Inq. habita in pal. ap. Montis Quirin. S. D. N... concessit suprad. fac. ad septennium. – H. Card. Barberino. Io. Ant. Thomasius Not.
F. V d. XIX Oct. 1645.

*Reg. bull. VI.* 88 b.

9. A. P. R. M. *Prospero felicique statui.* – Innoc. X, audita S. I. gener. congreg. sententia, decernit singulo novennio celebrandam esse congreg. gener. et mutandos Assistentes ; praeterea superiores post triennium debere a muneribus cessare, exceptis mag. nov.
R. ap. S. P. I Ian. 1646 P. an. II.

*Bull. Rom.* — *Nov. bull. S. I.* 177. *Reg. bull. VII.* 44.

10. *De provida sed. Apost.* – Innoc. X suo in Urbe eiusque districtu Vic. gen., petentibus communitate et hominibus civ. Castelli, mandat ut, attendens ad testam. Ioannis Ant. Fuccioli de civ. Castelli, in utr. sign. referendarii, pro unius coll. Romae erectione sub invoc. SS. Ioannis et Caroli in gratiam 18 iuv. pauperum, numerum scholarium et personarum deservientium ad 12 schol., 3 famulos et rectorem reducat.
R. ap. S. P. VIII id. Febr. 1645 P. an. II.

*Reg. bull. VI.* 235.

11. *Nuper pro parte.* – Innocentii X breve confirmatorium decreti S. Cong. Conc. 17 iun. 1645 super solutione decimarum per regulares, signanter S. I., in regno Poloniae (cfr. n. 4).
21 Febr. 1646.

*Elench. bull.*

12. *Nuper pro parte.* – Innoc. X, petentibus presb. S. I., concedit epō Maioricen. facultatem indulgendi ut fiat, quatenus adsit dos congrua, fundatio coll. d. S. in civ. Maioricensi, cui incipiendo cum possessio, de consensu vicarii capitularis, capta esset, idem postea asserens se alios regulares d. civ. non citasse, omnia revocaverat, conservatorem a S. I. electum et rectorem carceri mancipaverat, lite in sacro rotae rom. auditorio adhuc pendente.
R. ap. S. P. II Iun. 1646 P. an. II.

*Reg. bull. VI.* 91. b.

13. *Ex iniuncto nobis.* – Innoc. X, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, v. id. Maii, petentibus confratribus confr. S. Margheritae opp. de Sciacca dioec. Agrigentin. et rect. coll. d. opp. mandat decano eccl. Agrigentin. et vic. gen. episcopi Agrigentin. ut concedant in emphyteusim quoddam petium terrae in contrata de Guardiavaxio sub canone annuo 16 unciarum (25 duc.) a d. coll. solvendo.
R. ap. S. M. M. V non. Iul. 1646 P. an. [illegible].

*Reg. bull. VI.* 92.

14. *Circumspecta Rom. Pontificis.* – Innoc. X, petente Nic. Royon rect. coll. S. Mariae presb. S. I. Bituricen., mandat officiali archiepiscopi Bituricen. ut cum d. coll. a 80 annis erecto, cuius fabrica in magna inopia constructa ruinam minatur, uniat, cum primum vacaverit, prioratum loci du Maure (?) O. S. Aug. can. reg. d. dioec., ad prioratum S. Laurentii de Lartige d. O. dioec. Lemovicen. spectantem, quem Iac. Daubenton presb. in commendam obtinet Fr. 24 duc.
R. ap. S. M. M. XII kal. Aug. 1646 P. an. II.

*Reg. bull. VI.* 93. b.

15. Congr. S. Rit. – Decretum de officio S. Ignatii apponendo in kalendario et brev. Rom.
31 Iul. 1646.

*Elench. bull.*

16. S. Congr. de prop. fide. – Decretum super facultate relicta Praep. Gen. S. I. eligendi missionarios eosque mutandi, etiam inconsulta S. Cong., dummodo nomina remotorum significentur, ut ipsa substitutos declarare suos missionarios et, si opus fuerit, facultates necessarias renovare possit.
15 Oct. 1646.

*Elench. bull.*

17. A. P. R. M. *Universalis Eccl. regimini.* – Innoc. X, petente Vinc. Caraffa Praep. Gen. S. I., decreta congr. gen. VII de anno 1615 et VIII de anno 1646 de usu clericalis pilei, biretti nunc. temporalibus coadiutoribus in posterum venturis non concedendi confirmat.
R. ap. S. M. M. XVI Mart. 1647 P. an. III.

*Reg. bull. VII.* 27.

18. A. P. R. M. *In supremo apostolicae.* – Innoc. X, exponentibus presb. S. I. in regno Hyberniae quod I. B. archiepiscopus Firman. Sedis Apost. in d. regno Nuntius, presbyteris d. S. in civ. Kilkeniensi ecclesiam mon. seu prioratus S. Ioannis Evang. extra portam d. civ. sitam, alias ad can. reg. Congr. Lateranensis spectantem, de consensu Thomae Roth eccl. S. Canici Kilkeniensis decani ac in dioec. Ossorien. vic. gen. necnon d. prioratus prioris commendatarii dedit cum situ et ambitu ad coll. S. I. et seminarium puerorum ecclesiasticum erigendum unumque ex 2 vel 3 canonicis in regno superstitibus opponentem repressit (inseruntur litt. Nuntii. I. B. Rinuccinus... Kilkeniae ex palatio nostrae solitae resid. die 1 Maii 1646, et litterae Th. Rothi 27 Ian. 1645) d. concessionem confirmat.
R. ap. S. M. M. XX Aug. 1647 P. an. III.

*Reg. bull. VI.* 95.

19. Facultates concessae a S. D. N. Innocentio PP. X. P. Francisco Martino S. I. superiori missionis seu residentiae patrum S. I. Cpoli. – In cong. gen. S. R. et U. Inq. habita in pal. Ap. Montis Quirin. S. D. N. Inn. PP. X concessit... cum auctoritate illas communicandi sociis suis in missione... Ad septennium – I. Card. Roma, I. Ant. Thomasius Not.
F. V. d. XX Febr. 1648.

*Reg. bull. VI.* 98.

20. Facultates..... P. Hieronymo Lalemant S. I. superiori missionis seu residentiae PP. S. I. in Canada Indiarum novae Galliae. - In congr... Ad 15 annos.
F. V. d. XX Febr. 1648.

*Reg. bull. VI.* 99. b.

21. Decretum SS$^{mi}$ quo approbatur resolutio congreg. particularis ab eo deputatae, ubi declaratur Ambrosium Massam Siculum non esse reintegrandum in S. I. quam reingredi instabat, cum impositione perpetui silentii.
27 Apr. 1648.

*Elench. bull.*

22. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Innoc. X, supplicantibus procuratoris Ioannis episcopi Angelopolitani, responsionem Congregationis aliquorum Cardinalium et Rom. Curiae Praelatorum, in causa inter ipsum et S. I., tum super controversiis, tum super dubiis ex utraque parte propositis datam 16 apr. 1648, confirmat.
R. ap. S. M. M. XIV Maii 1648 P. an. IV.

*Bull. Rom.* — *Bull. de propag. fide I.* 253. *Elench. bull.*

23. A. P. R. M. *In supereminenti apost. Sedis.* - Innoc. X, petente Melchiore Ottone epõ Bambergen., academiam ab eo in d. civ. sub directione Praep. Gen. et cleric. S. I. fundatam confirmat et privilegia varia concedit.
R. ap. S. M. M. XVIII Iul. 1648 P. an IV.

*Bull. Rom.* *Reg bull. VI.* 101.

24. *Ad supremi apostolatus.* - Innoc. X, petentibus Praep. Gen. S. I. et provisoribus montis pietatis Novarien., confirmat concordiam, super 625 sc. ex conventione per ipsos collegio Novarien. debitis et nonnullis abhinc annis testatoris Anrici coenobii civis Novarien. mente sic deficiente recusatis, initam de consensu senatus Mediolanen. qua d. collegio nonnullae possessiones in territoriis Nicomi, Mortarii, Cereti, Castrinoneti, Prodomii consignantur.
R. ap. S. M. M. IV id. Ian 1648 P. an. V.

*Reg. bull. VI.* 105.

25. A. F. R. M. *Ex incumbenti.* - Innoc. X, petentibus Ioanne Nic. de Comitibus Romano et Franc. Bonacossio et Praep. Gen. S. I., pro interesse collegii S. I. Ferrariensi confirmat concordiam inter eos initam super haereditate marchionissae Foelicis Saxatelli Imolen. seu Ferrarien, quondam Torquati de Comitibus ducis terrae Guadagnoli relictae.
R. ap. S. M. M. XVII Ian. 1649 P. an. V.

*Reg. bull. VI.* 102.

26. *Ad augendam.* - Innocentii X indulgentia pro commun. gen. ad 15 annos. (Cfr. Urb. VIII n. 157).
5 Febr. 1649.

*Elench. bull.*

27. A. F. R. M. *Animarum saluti.* - Innoc. X renovat ad 20 annos facultates S. I. in utraque India ab Urbano VIII (Cfr. n. 105) concessas.
R. ap. S. M. M. I Mart. 1649 P. an. V.

*Bull. de propag. fide I.* 276. — *Bull. Rom.* *Reg. bull VI.* 106.

28. S. Cong. Conc. - Confirmatio decreti 9 Iul. 1644, in causa archiep. Senonen. cum PP. coll. S. I. Senonen., quos omnes interdixerat ab audiendis confessionibus a domin. palmarum ad dom. in albis.
11 Iun. 1650.

*Elench. bull. sub. d.* 3 *Feb.* 1645.

29. *Nuper pro parte.* - Innoc. X, petentibus rectore et cler. regul. coll. Mediolanen. S. I., mandat epõ, vacante sede Mediolanen, viciniori, ut confirmet d. collegio, ob calamitosum rerum in illis partibus statum, facultatem commutandi in census vitalitios pro 5000 sc., aliquos ex annuis redimibilibus censibus.
R. ap. S. M. M. I Oct. 1650 P. an. VII.

*Reg. bull. VI.* 109.

30. *Nuper pro parte.* - Innoc. X, petente praep. dom. prof. S. I. Neapolitanae, mandat..... ut concedat d. domui licentiam imponendi census vitalitios quosdam ad effectum extinguendi annuos perpetuos census ad 600 duc. in eorum sorte principali

ascendentes, pro quorum aliquibus ad rationem 8 duc. pro centenario quolibet solvit.
R. ap. S. M. M. XIV Oct. 1650 P. an. VII.

*Reg. bull. VI.* 110.

**31.** S. Congr. Conc. – Decretum in Mantuana primiceriatus, quod P. Fr. M. Gonzaga retinere valeat primiceriatum in eccl. S. Andreae Mantuae de iure patronatus ducis Mantuae ; qui instabat ut beneficium huiusmodi omnino dimitteret et renuntiaret toto tempore novitiatus. Et interim rescribendum epõ Mantuan. ut provideat de persona idonea quae subeat munera d. primiceriatus.
12 Nov. 1650.

*Elench. bull.*

**32.** S. Congr. epõrum et regul. – Decretum quod professiones nostrorum non sunt comprehensae in bulla prohibitiva Innoc. X.
12 Dec. 1650.

*Elench. bull.*

**33.** A. F. R. M. *In supereminenti.* – Innoc. X, petente Philippo Hisp. rege cath., facultatem conferendi gradus iis qui studuerint annos 5 in coll. formatis presb. S. I. insularum Philippinarum ac de Chille, Tucuman, fluvii de Plata et novi regni Granaten. aliarumque partium earumdem Indiarum impartitur ad sexennium.
R. ap. S. M. M. XX Dec. 1650 P. an. VII.

*Reg. bull. VI.* 111.

**34.** A. F. R. M. *Alias fel. rec. Greg. XV.* – Innoc. X, exponente Pyrro Gherardo S. I. Procur. Gen., festum S. Fr. Xav., quoties in domin. primam adventus incidat, transferri in feriam secundam cum indulgentia concedit.
R. ap. S M. M. XXVII Oct. 1651 P. an. VIII.

*Bull. Rom.* *Elench bull.*

**35.** *Nuper pro parte.* – Innoc. X, petente rectore coll. S. Iosephi Neapolitani S. I., mandat epõ... ut pro extinctione census cuiusdam in Urbe d. collegio facultatem concedat accipiendi ad censum Neapoli summam 8000 duc.
R. ap. S. M. M. XII Iul. 1652 P. an VIII.

*Reg. bull. VI.* 111. b.

36. Congr. S. Rit. - Decretum, Regulares, etiam S. I. teneri in missis solemn. adhibere diac. et subdiac., et in vesperis sacerdotem pluviali indutum... et non esse celebranda festa BB. cum octava.
5 Oct. 1652.

*Gardellini*, 1653.

37. A. F. R. M. *Alias a nobis emanarunt.* - Innoc. X litteras 14 Maii 1648 in causa Angelopolitana (cfr. n. 22) datas, clericis regularibus S. I. praetendentibus eas non esse iustificatas, a congregatione 4 cardinalium et 4 curiae praelatorum perpensas, cum decreto d. congregationis 4 Feb. 1652 dato, confirmat.
R. ap. S. M. M. XIX Nov. 1652 P. an. IX.

*Bull. Rom.* — *Bull. de propag. fide I.* 281 (1).

38. *Nuper pro parte.* - Innoc. X, petente rectore dom. prob. S. I. opp. Cherii Taurinen. dioec., mandat archiepõ (Taurinen.) vel archid. Eccl. Taurinen. ut d. coll. ad extinguendum debitum ducatorum 1400 concedat facultatem accipiendi ad censum vitalitium d. summam a Lud. Lupo Taurinen. amico S. ad rationem annui fr. duc. 6 pro centenario.
R. ap. S. M. M. VII Dec. P. an. IX.

*Reg. bull. VI.* 112 b.

39. *Nuper pro parte.* - Innoc. X, petente rect. coll. cler. reg. S. I. Beneventani, mandat.... ut rectori concedat facultatem imponendi census annuos ad 5369 duc. et unius tareni summam in sorte principali ascendentes, ad minorem quam reperire poterit annui fructus rationem, super bonis stabilibus d. coll. eosque sic impositos personis meliorem conditionem offerentibus vendendi, servata Pii V de creandis censibus constitutione.
R. ap. S. M. M. XIV Ian. 1653 P. an. IX.

*Reg. bull. VI.* 113. b.

40. A. F. R. M. *Nuper pro parte.* - Innoc. X, petente Provinciali prov. Aragoniae S. I., confirmat concordiam, a Goswino Nickel d. S. Praep. Gen. 7 mart. 1653 approbatam (inseritur), super

(1) Cfr. *Oxomen. Beatificationis Ioannis Palafox. Animadversiones R. P. fidei promotoris* (*Car. Erskine*), p. 34-41.

decimis pro coll. S. I. a Stephano epõ Oscen. in opp. Graus dioec. Barbestren. fundato.
R. ap. S. M. M. XXI Mart. 1653 P. an. IX.

*Reg. bull. VI.* 115.

41. *Nuper pro parte.* - Innoc. X petente rectore coll. S. I. Viterbien. mandat epõ Viterbien. ut licentiam concedat nonnullas domos in d. civ. sitas, valoris in proprietate 2800, redd. annui 48 sc., vendendi ad satisfaciendum creditoribus Ioannis Brunaccii qui bona stabilia quaedam d. collegio donaverat.
R. ap. S. M. M. XXI Apr. 1653 P. an. IX.

*Reg. bull. VI.* 120.

42. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Innoc. X, super differentias inter episcopum Angelopolitan. et religiosos S. I. de praedicatione et confessionibus ortas decretum congr. peculiaris 16 apr. 1648 citans, varia dubia ab utraque parte proposita solvit.
R. ap. S. M. M. XIV Maii 1653 P. an. IX.

*Bull Rom.*

43. A. F. R. M. *Alias a nobis emanarunt.* - Innoc. X confirmat decretum 17 Dec. 1652 a congr. partic in causa Angelopolitana datum, quo, repetito mandato parendi Brevi in eo in quo non fuit paritum, censet non fuisse locum electioni per Patres S. I. conservatorum ex aliis causis quam in Brevi expressis.
R. ap. S. M. M. XVII Maii 1653 P. an. IX.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide I.* 282. *Elench. bull.*

44. *Nuper pro parte.* - Innoc. X, petente rectore dom. prob. cler. reg. S. I. Neapolitan., mandat archiepõ Neapolitan. et cimiliarchae eccl. Neapolitan. ut confirment concordatum super onere a Iosepho Rinaldo, haerede univ. Stephani de Rinaldis, in favorem fratris sui Caroli S. I. clerici solvendo annuatim ducatorum 120 ; quod legatum per d. Caroli regularem professionem extinctum praetendebatur : d. Iosephus d. domui 1600 duc. intra 4 annos solvet.
R. ap. S. M. M. XXX Maii 1653 P. an. IX.

*Reg. bull. VI.* 121.

45. A. F. R. M. *Conservationi et manutentioni.* - Innoc. X, petente Praep. domus prof. S I. Neapolitan., prohibet ne vasa, calices, candelabra et alia paramenta d domus ecclesiis, monasteriis, congregationibus seu quibusvis personis commodentur, asportentur etc. sub poena excomm. latae sententiae.
R. ap. S. M. M. XVIII Nov. 1653 P. an. X.

*Reg. bull. VI.* 122.

46. *Exponi nobis nuper.* - Innoc. X Hieronymo Meltio committit facultatem absolvendi litigantes contra presbyteros S. I. super fundatione collegii S. Martini d. Soc. in civitate Maioricen., eo quod recurrerint ad iudices laicos.
R. ap. S. M. M. VIII Ian. 1654 P. an. X.

*Bull. Rom.*

47. A. F. R. M. *Exponi nobis.* - Innoc. X, petente rectore coll. S. I. Panormitan., sub poena exc. lat. sent. interdicit ne ex bibliotheca d. coll. libri, quinterna, folia tam impressa quam msc. extrahi, asportari possint vel ut commodentur permittatur.
R. ap. S. M. M. XX Mart. 1654 P. an. X.

*Reg. bull. VI.* 123.

48. Congr. S. Officii - Innoc. X super quaedam asserta Acta... congregationum..... de auxiliis sub nomine Fr. Pegnae et Pr. Th. de Lemos O. P.... necnon quoddam autographum cuiusdam assertae const. Pauli V super definitione quaestionis de Auxiliis ac damnationis sententiae Lud. Molinae declarat iis nullam omnino esse adhibendam fidem neque allegari posse, sed observanda esse decreta Pauli V et Urb. VIII.
13 Apr. 1654.

*Anal. Iur. Pont.* I. 1226.

49. *Cum sicut dilectus.* - Innoc. X. petente rect. coll. de Brera nunc. S. I. civ. Mediolanen. mandat (archiepiscopo Mediolanen.) ut d. collegio, ad fabricam scholarum, ex onere unius pensionis scut. 500 duarum lecturarum Canobianarum nuncupatarum prosequendam, facultatem concedat accipiendi, in emptionem domus

vicinae ad fabricam necessariae, ad census annuos redimibiles summam 2660 sc.
R. ap. S. M. M. XVIII Iun. 1654 P. an. X.

*Reg. bull. VI.* 124.

50. *Exponi nobis nuper.* – Innoc. X, petente rect. coll. S. I. opp. civ. Valettae nunc. Melevitan. dioec., mandat episcopo Melevitan. seu archidiacono eccl. Melevitan. ut d. coll. concedat licentiam vendendi tertiam partem situs domorum, quas pro indiviso d. coll. et conventui fr. Min. de observ. et conventui fr. Min. conventualium reliquerat Hieronymus Sans, in emptionem aliorum stabilium.
R. ap. S. M. M. XIII Oct. 1654 P. an. XI.

*Reg. bull. VI.* 125. b.

51. S. Congr. Conc. – Decretum quo significatur archiepõ Mechlinien. ne exigat iuramentum super propositionibus ab eo exhibitis ut confessarii eas observent et iurent, sed concedat idoneis facultatem audiendi confessiones personarum saecularium. Interim eaedem propositiones qualificabuntur in S. Off. Congregatione, et secuta qualificatione certiorabitur.
14 Nov. 1654.

*Elench. bull.*

# ALEXANDRI VII.

Alexandri VII. Senensis, Fabius Chisii, Presb. Card. tit. S. Mariae de populo, creatus VII, coronatus XVIII Apr. 1655, obiit XXII Maii 1667.

Laudibus S. I. indulget tum plurimis aliis, tum in litteris ad rempublicam Venetam de recepta iterum Societate. Illustres nostros poetas Iacobum Wallium, Iacobum Balde, missis etiam donis honoravit. Mortuo P. Sidronio Hoschio a palatinis vatibus iussit parentari, et in brevi 2 Oct. 1655 ad P. Franciscum Vander Veken. qui suas de Deo disputationes ei dicaverat: « Quem nostro, inquit, nomini divinis de rebus librum nuncupasti, perlibenter excepimus; nam cum vetus inter nos consuetudo his artibus coaluerit, iisdem a te retineri decuit, ac quoniam una cum suprema hac dignitate propius etiam Deo admoti sumus, his muneribus excoli quibus identidem loci et cum quo res ac rationes habendae nobis sint admoneamur.

Librum et corollam vulnerum Christi, a P. Guillielmo adinventam, sic probavit ut eius rei testes ad ipsum litteras per cubicularium suum comitem Furstembergium dederit. Pro felici morte impetranda institutam Cortraci a P. Ludovico Iacobi Congregationem agonis Christi, adiecta etiam indulgentia. confirmavit. Suadentibus Cardinali de Lugo et Nicolao Zucchio, cardinalium in conclavi confessario, Conceptioni B. M. Virginis negatum *immaculatae* titulum restituit, et P. Martini de Fsparza libro de Deiparae conceptione a se scribi iusso, eumdem titulum praefigi voluit. Litem de S. Antonii abbatis corpore, Arelatenses inter et Viennenses agitatam, secundum hos ex P. Ioannis Bollandi sententia, decidit; huiusque obitum tulit aegerrime, negavitque utilius quam *Acta Sanctorum* opus et Ecclesiae Dei gloriosius editum fuisse a quoquam aut etiam inchoatum.

P. Ioannem Baptistam Cancellatum conscientiae suae arbitrum et P. Ioannem Paulum Oliva fidum in gravissimo S. Sedis negotiis consultorem habebat.

---

1. *Coelestium munerum thesauros.* – Alexandri VII concessio indulg. pro missionibus S. I. (Cfr. Urb. VIII, 154).
25 Apr. 1655.

*Elench. bull.*

2. *Nuper pro parte.* – Alexandri VII, petente rect. coll. Soran. S. I. mandat episcopo Soran. et primicerio eccl. Soran. ut licentiam concedant vendendi domum quamdam ut plurimum illocatam (redd. 7 $^1/_2$ sc.) et inde reparandi eccl. et coll. terrae motibus damnum passa.
R. ap. S. M. M. XXVIII Iun. 1655 P. an. V.

*Reg. bull. VI.* 126 b.

3. A. F. R. M. *Ex Rom. Pontificis.* - Alex. VII statuit legata, eleemosynas missionariis seu religiosis etiam S. I. a fidelibus Hollandiae elargienda in usum missionum et pauperum debere erogari, sin minus, in vicinioribus locis remanere pro scholis, seminariis, eaque solum Sedis Apost. licentia acceptari posse.
R. ap. S. M. M. III Aug. 1655 P. an. I.

*Bull. de propag. fide I.* 285.

4. *Cum sicut accepimus.* - Alex. VII concessio ind. plen perpetuae in eccl. dom. prof. Romanae pro confratribus et consororibus bonae mortis, semel quolibet mense, f. VI ad libitum eligenda, applic. animabus Purgatorii, et quoad interessentes expositioni SS$^{mi}$ qualibet f. VI in eadem eccl., orantibus aut disciplinam facientibus, 7 annos et totidem quadragen.
21 Aug. 1655.

*Elench. bull.*

5. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, petentibus rect. coll. S. I. et universitate et hominibus opp. Montiscalerii Taurinen. dioec., mandat archiepiscopo Taurinen. et thesaurario eccl. Taurinen. ut, si in evid. coll. utilitatem, confirmet concordiam inter eos 15 Iun. initam super responsione vel canone annuo 340 sacc. (368 sacc. 3 eminarum 6 cupporum mensurae nunc., currentis) tritici et pro 4$^{a}$ parte siliginis seu segalae a dd. hominibus d. collegio debito, cuius loco cedunt molendina tria et capsinam la stessa constantem 90 iugeribus.
R. ap. S. M. M. XXII Sept. 1655 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 127 b.

6. A. F. R. M. *Dilectos filios.* - Alex. VII alumnis semin. pontif. Brunsbergen. in Prussia concedit ad septennium ut ad sac. Ord. promoveantur extra tempora, ad tit. suff. litteraturae.
R. ap. S. M. M. XXVI Oct. 1655 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 129.

7. Alexandri VII indultum ut audiendae orationi studiorum, quae quotannis habetur in coll. Rom., invitari possint 4 Cardd. arbitrio PP. S. I., nonobstante decreto Innoc. X.
29 Oct. 1655.

*Elench. bull.*

8. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, petente rect. coll. Adrien. S. I. mandat episcopo Adrien. et archidiac. eccl. Adrien. ut confirment transactionem super redd. annuo 775 duc. anno 1627 a Bern. et Honorio de Ponte cler. reg. S. I. donato et a communitate et hominibus civ. Triventinae debito et ad ann. 1627 exacto; ad lites finiendas d. communitas decennio 3000 duc. solvere parata est, et baro d. civ. si hoc creditum sibi cedatur, 1500 duc. d. collegio praestare paratus est.
R. ap. S. M. M. III Nov. 1655 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 129 b.

9. Alexandri VII decretum d. 29 Oct. (cfr. n. 7) extenditur ad orationem quae habetur in laudem Gregorii XIII, et B. Aloysii Gonzagae.
14 Nov. 1655.

*Elench. bull.*

10. Alexandri VII concessio indulgentiae pro orat. 40 hor. in carnisprivio (Cfr. Urban. VIII, 183).
17 Nov. 1655.

*Elench. bull.*

11. Facultates concessae a S. D. N. Alex. PP. VII P. Martino de Martinis S. I. missionario Sinae in Ind. Orientalibus. - In congr. gen. S. R. et U. Inq. habita in pal. apost. Montis Quirinalis SS. D. N ... concessit... ad annos 15. - F Card. Barberinus Io. Lupus Not.
f. V. d. XVIII Nov. 1655.

*Reg. bull. VI.* 130 b.

12. A. F. R. M. *Ex debito pastoralis.* - Alex. VII, accedente consensu Gregorii quem a sede Gerunden. ad Dertusen. translatione Io. Bapt ad Puteolan. vacantem transtulit, collegio S. I Dertusen. reservat ad decennium pensionem 3300 regalium mon. Hisp. super Dertusen. mensae episcopalis fructibus.
R. ap. S. P. III kal. Dec. 1655 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 138 b.

13. *Hodie dilectis.* - Alex. VII litterarum exec. Iuliano Amadeo in utr. sign. referendario et vic. gen. episcoporum Barchinonen. et Vicen. committit.
R. ap. S. P. III kal. Dec. 1655 P an. I.

*Reg. bull. VI.* 140.

14. Congr. gen. S. Inquisitionis. - Decretum SS. D. N. Alexandri VII, responsa d. Congr. ad quatuor quaesita missionariorum S. I. apud Sinas (de ieiunio, festis, paschate, quibusdam sacramentalibus, extr. unctione, gradibus in aula Confucii accipiendis, ceremoniis circa defunctos) approbantis. Referuntur responsa eiusdem Congr. ad quaesita praecipua, an. 1645 proposita, missionariis S. I. tunc non auditis.
23 Mart. 1656.

*De ritib. Sinensium... Aug. Vindel. et Diling. MDCCI. p.* 9. *Elench. bull.*

15. S. Congr. de prop. fide - Decretum. Ad relationem Em. D. Card. Cecchini S. Congregatio fuit in voto posse prorogari ad aliud septennium facultates alias concessas P. Nicolao a S. Geneveva Sup. resid. PP. S. I. in civ. Cpolitana, dummodo obligetur ad producendam praed. expeditionem fac. R. Archiepiscopo Myren. suffraganeo et vic. patriarchali tanquam loci ad praesens Ordinario. - R. Card. Capponius.
4 Apr. 1656.

*Reg. bull. VI.* 132 b.

16. S. Congr. ep. et reg. - Decretum in causa P. Andreae Clem. de Voisin prof. 4 vot. S. I. petentis transitum seu confirmationem transitus ad religionem S. Spiritus in Gallia, ubi fuit rescriptum : Nihil.
26 Maii 1656.

*Elench. bull.*

17. A. F. R. M. *Alias fe. re. Innocentius.* Alex. VII, petente Goswino Nikel Praep. Gen. S. I. statutum Innoc. X, 1 Ian. 1646 ut munera... vacent et qui illis functi fuerint... per ann. cum dimidio cessent... ad sesquiennium suspendit.
R. ap. S. M. M. XXIV Iul. 1656
(*Nota.* Die 7 Iul. 1657 prorog. ad aliud sesquien. — Die 23 Aug. 1658 pror. ad trienn. — Die 7 Dec. 1661 per ann. 4 in Europa et 8 extra Europam.

*Reg. bull. VI.* 135 b.

18. A. F. R. M. *Alias fe. re. Innocentius.* - Alex. VII, petente Goswino Nikel Praep. Gen. S. I., statutum seu litteras Innocentii X praedecessoris 1 Ian. 1646 datas ut munera, superioritates, admi-

nistrationes, ministeria et officia elapso triennio vacent, per annum proximum suspendit.
R. ap. S. M. M. XXXI Iul. 1656 P. an. II
*Nota.* Fuit abrogatum per concessionem alterius sub d. 24 Iul. 1656.

*Reg. bull. VI.* 134.

19. *Exponi nobis.* - Alex. VII, petente rect. coll. S. I. opp. Turnonen. Viennen. dioec., mandat archiepiscopo Viennen. et archid. eccl. Viennen. ut concedant licentiam permutationis census ratione prioratus S. Donati a senatore parlamenti Delphinatus debiti et a 10 annis recusati (6 sextarii frum. annuatim) in alium supra fundos quosdam in loco eiusdem S. Donati.
R. ap. S. M. M. XXXI Iul. 1656 P. an. II.

*Reg. bull. VI* 133.

20. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Alex. VII Michaeli Columera prof. 4 vot. S. I., nullam praetendenti suam prof. quia habitum reg. novitiorum O. Fr. S. Franc. de Paula minimorum nunc. ante ingressum susceperat, lite indecisa extincta, liberationem et habitum presbyteri saec. sub obed. Ordinarii concedit.
R. ap. S. M. M. II Sept. 1656 P. an. II.
*Nota.* Fuit scrupulis agitatus, qui etiam haeredem exinde bonorum suorum instituit coll. Tarentinum.

*Reg. bull. VI.* 136. — *Elench. bull.*

21. A. F. R. M. *Super cathedram Principis.* - Alex. VII, petente Praep. Gen. S. I. concedit ad 12 annos missionariis in regno Sinarum ut cum fidelibus super eccl. praeceptorum quoad ieiunia, observationem festorum, sacramentalem confessionem et communionem semel in anno, observationem in casibus particularibus dispensare valeant.
R. ap. S. M. M. V Sept. 1656 P. an. II.

*Reg. bull. VI.* 135.

22. A. F. R. M. *Dudum a fel. rec. Urbano.* - Alex. VII Breve Urbani VIII, *Salvatoris et Domini Nostri* die 5 Maii 1626 (Cfr. Urb. VIII n. 44) pro clero et religiosis in fœderatis Belgii provinciis datum confirmat et observari mandat.
R. ap. S. M. M. XX Sept. 1656 P. an II.

*Bull. Rom.* — *Bull. de propag. fide I.* 297 *Elench. bull.*

23. A. F. R. M. *Alias postquam fe. re. Innoc.* - Alex. VII, petente Gosw. Nikel Praep. Gen. S. I. brevis 24 Iul. proximo expediti tenorem provinciae Indicae utilem esse volens, breve Innoc. X 1 Ian. 1646, ad septem annos extra Europam suspendit.
R. ap. S. M. M. XIV Nov. 1656 P. an. II.

*Reg. bull. VI.* 137 b.

24. *Labores quibus.* - Alex. VII Bertuccio Valiero Duci et Reip. Venetiarum commendat religiosos S. I. quibus in adolescentium aetate gubernanda sanctissimisque praeceptis confirmanda nulli peritiores existimantur.
R. ap. S. M. M. XXIII Dec. 1656 P. an. II.

*Iul. Pogiani epist. II.* 172. *Gomez, Elogia S. I. p.* 51. *Reg. bull. VI.* 141 (1).

25. *Ingenti eximioque gaudio.* - Alex. VII Bertuccio Valiero Duci et Reipubl. Venetiarum de receptis S. I. religiosis, non degeneres a radice in qua plantati et fundati sunt fructus daturis, gratias agit et gratulatur.
R. ap. S. M. M. XXVII Ian. 1657 P. ann II.

*Gomez, Elogia S. I.* 54. *Reg. bull. VI.* 143 b.

26. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, petenti Goswino Nichel Praep. Gen. S. I. facultatem concedit accipiendi 30 m. scut. ad cambium pro emenda domo vel monasterio Venetiis.
R. ap. S. P. XII Mart. 1657 P. an. II.

*Reg. bull. VI.* 144.

27. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, petente Goswino Nickel Praep. Gen. S. I. mandat.... ut facultatem concedat emendi, nomine coll. SS. Ioannis et Caroli, domum in via maiori vici S. Agathae sub monte Magnanapoli nunc. sitam a Marco de Granis Romano, pretio 5700 scut., et in solutionem pretii domum valoris 1800 in loco Pantani nunc. et fœnile val. 400 scut. circa eccl. S. M. de populo ad d. coll. spectantia assignandi ; etc.
R. ap. S. P. XXIII Mart. 1657 P. an. II.

*Reg. bull. VI.* 145 b.

(1) Ibid. Risposta della Republica di Venezia alla Santità di N. S. Papa Alessandro VII. — Litterae R. P. Generalis ad PP. et FF. S. I. de reditu in Venetam ditionem post 50 annos.

28. A. P R. M. *Sacrosancti Apostolatus.* - Alex. VII, ad sedandas graves contentiones in regno Navarrae, iniungit ut quotannis tanquam de patronis aeque principalibus d. regni, recolantur festa SS. Firmini martyris et Franc. Xaverii confessoris.
S. ap. S. P. XIV Apr. 1657 P. an. II.

*Bull. Rom.* *Elench. bull.*

29. *Sacri apostolatus ministerio.* - Alex. VII vicario archiepiscopi Ragusan. mandat ut ad incrementum aedificationum et certam fundationem collegii S. I. in Urbe Ragusan. iuxta preces archiepiscopi et capituli ecclesiae Ragusan. et procuratorum confraternitatum cappellam S. Crucis alienare aliasque domus ad confraternitates pertinentes deiicere valeat iusto pretio soluto.
R. ap. S. M. M. XI kal. Maii 1657 P. an. III.

*Fund. prov. Roman. IV.*

30. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, petentibus Michaele Ant. Francos... archid. metropol. eccl. Caesaraugustan. et capitulo ac canonicis paroch. eccl. loci de Alagon Caesaraugustan. dioec. necnon Praep. Prov. prov. Aragoniae et rectore coll. S. I. Caesaraugustan., confirmat concordiam super solutione decimarum.
In arce Gandulphi Albanen. dioec. XXVI Apr. 1657 P. an III.

*Reg. bull. VI.* 147 b. - 153 b.

31. Facultates concessae a S. D. N. Alexandro PP. VII P. Alexandro Rhodes S. I. superiori missionis PP. S. I. in Persia - In congr. gen. S. R. et U. Inquis. habita in pal. apost. apud S. M. M. SS. D. N... concessit ad septennium - F. Card. Barberinus. Io. Lupus.... Not.
F. V. d. 24 Maii 1657.

*Nota.* Eadem die, mense et anno, per idem tempus, fuerunt concessae eaedem facultates P. Nicolao Porresson (Poiresson) Superiori missionis in Soria, et P. Francisco Martino superiori residentiae Opolitanae.

Die 30 Aug. 1657 eaedem facultates per idem tempus concessae fuerunt P. Henrico du Vivier Superiori missionum et residentiarum Americae meridionalis.

Eaedem facultates denuo fuerunt concessae die 7 Febr. 1664 Superiori in Perside, Superiori in America septentrionali et Superiori miss. et resid. Americae meridionalis ad septennium. — Superiori in Graecia ad triennium.

32. *Alias postquam.* - Alexandri VII prorogatio vacationis superiorum S. I. ab Innoc. X praescriptae ad aliud sesquiannum.
7 Iul. 1657.

*Elench. bull.*

33. *Exigit incumbentis.* - Alex. VII, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. opp. Vesulani Bisuntinen. dioec., sustentatione 800 libr. annua per d. opp. bellorum pondere oppressum iam non praestita, mandat officiali Bisuntin. ut cum d. coll. uniat prioratum de Port-sur-Saone Cluniacen. Ord. d. dioec. a Benigno Thomassino presb eo fine resignatum, pensione annua 57 duc. auri de cam. ei reservata. Fr. 24, una cum incertis 80 duc. Capellanus amovibilis loco sacristae, qui eccl. d. prioratus inserviebat, manuteneatur.
R. ap. S. M. M. id. Aug. 1657 P. an. III.

*Reg. bull. VI.* 153. b.

34. *Vitae ac morum.* - Alex. VII Benigno Thomassino presb. Bisuntinen. pensionem annuam reservat.
R ap. S. M M. id. Aug. 1657 P. an. III

*Reg. bull. VI.* 154 b.

35. Congr. S. Rit. - Decretum de electione S. Fr. Xav. in patronum civ. Neapolitanae.
15 Sept. 1657.
Nota. Habetur aliud decr. pariforme pro civ. Aquilana, et pro civ. Parmensi, ead. data.

*Elench. bull.*

36. Cong. sac. Rit. - Urbis : Intuitu insignis reliquiae S. Ludovici regis posse festum cum officio 26 aug. etiam domin. in eccl. Iesu celebrari.
15 Sept. 1657.

*Anal. Iur. Pont. VII p.* 342, *n.* 1565.

37. A. P. R. M. *Cum sicut nobis nuper.* - Alex. VII, exponente Gosw. Nickel Praep. Gen. S. I. quibuscunque peragentibus per octidui spatium exercitia spiritualia S. Ignatii plenariam indulgentiam concedit.
In arce Gandulphi XII Oct. 1657 P. an. III.

*Bull. Rom. — Nov. bull. S. I.* 179. *Elench. bull.*

38. *In supremo Principis.* - Alex. VII, petentibus superiore et presb. S. I. opp. Salinarum Bisuntinen. dioec. mandat officiali Bisuntinen. ut cum domo prob. 3[ii] anni ibi inchoata uniat prioratum S. Nicolai, alias de Bracon d. opp. O. S. B. a Claudio Perault presb. eo fine resignatum, cura et conventu carentem, cuius fr. 24, et cum incertis 80 duc.
R. ap. S. M. M. III non. Ian. 1657 P. an. III.

*Reg. bull. VI.* 158.

39. *Vitae ac morum honestas.* - Alex. VII Claudio Perault presb. Bisuntinen. assignat pensionem 40 duc.
R. ap. S. M. M. III non. Ian. 1657 P. an. III.

*Reg. bull. VI.* 157.

40. *Ex iniuncto nobis.* - Alex. VII, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, v. id. Maii, petentibus Zaccharia Roverelli priore seu perp. commendatario prioratus S. Leonardi Ferrarien. et rect. et collegialibus coll. S. I. Ferrarien. mandat archid. eccl. Ferrarien. et vic. gen. episcopi Ferrarien. ut concedant d. coll. licentiam affrancandi domos quas emit ad aperiendam plateam ante faciem seu portam ecclesiae d. coll. necessarias.
R. ap. S. M. M. pr. non. Maii 1658 P. an. IV.

*Reg. bull. VI.* 155. b.

41. A. P. R. M. *Alias nos ordinem.* - Alex. VII praeposito seu rectori ac presbyteris seu clericis regul. dom. prof. seu coll. Venetiarum S. I. concedit ecclesiam conventus FF. cruciferorum, brevi 28 Apr. 1656 suppressorum et extinctorum, ac illius sacristiam, sacram supellectilem, cum facultate deputandi capellanos per quos missis d. eccl. incumbentibus satisfiat.
R. ap. S. M. M. II Iun. 1658 P. an. III.

*Reg. bull. VI.* 192. b.

42. S. Cong. Conc. - Decretum confirmatorium sententiae archiep. Mediolanen. super fundatione domus prob. in civit. Mediolanensi, exclusis tamen conditionibus ab archiep. appositis, minus faventibus Societati.
27 Sept. 1658.

*Elench. bull.*

43. Congr. S. Rit. - Colonien. Patribus S. I. opp. Dusseldorpiensis nullatenus prohiberi posse quin per vias eis ab Ordinario concessas processiones dirigant.
7 Dec. 1658.

*Gardellini*, 1945.

44. *In potestatis plenitudine.* - Alex. VII, petente rect. coll. Claromontani presb. S. I. in univers. Parisien. erecti, unde frequenter religiosi emittuntur ad praedicandum barbaris nationibus evangelium Dei, mandat officiali Rothomagen. ut cum d. coll. uniat prioratum curatum, non conventualem, S. Martini de Gargenville O. S. A. can. reg. Rothomagen. dioec. a Philippo de Mallepart can. reg. d. Ord. et priore per Gaspar. Hache cler. coniugatum Leodien. procuratorem resignatum (fr. 24 duc.) a prioratu S. Ioannis Evang. de Aurelio d. Ord. Lemovicen. dioec. dependentem. Accedat consensus rect. coll. S. I cui prioratus ultimod. unitus fuit. Vicaria perp. erigenda; d. Philippo pensio 800 libr. turon. reservanda.
R. ap. S. M. M. VII id. Febr. 1658 P. an. IV.

*Reg. bull. VI.* 160.

45. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, petente rectore coll. graecorum de Urbe, eius alumnos ab observantia ritus graeci in ieiuniis et abstinentia absolvit ritumque latinum in his servare praecipit.
R ap. S. M. M. XV Feb. 1659 P. an. IV.

*Bull. Rom.*

46. A. F. R. M. *Ex commissi nobis.* - Alex. VII pro collegio apost. minorum poenitentiariorum S. Domus Lauretanae dudum pro 19 presb. S. I. erecto ordinat varia.
R. ap. S. M. M. XXII Febr. 1659 P. an. IV.

*Bull. Rom.* *Elench. bull.*

47. A. P. R. M. *In apost. dignitatis fastigio.* - Alex. VII collegium minorum poenitentiariorum basilicae Principis Apostolorum de Urbe, a Pio V pro aliquot presbyteris S. I. erectum, confirmat, habitationem et redditus assignat, collegium apostolicum

vocari praecipit, presbyteris d. S. perpetuo concedit, iura Praepositi Generalis et Card. maioris Poenitentiarii determinat, etc.
R. ap. S. M. M. XXII Febr. 1659 P. an. IV.

*Bull. Rom.* *Elench. bull.*

48. *Salvatoris N. I. C.* - Alex. VII, petentibus rectoribus coll. Tolosan. et Nemausen. S. I , mandat officiali Nemausen. ut prioratum saecularem curatum S. M. de Maiencoules, Nemausen. dioec., a Gabriele de Mirman presb. in supremo senatu Tholosano consiliario ecclesiastico resignatum, praevia illius tituli collativi perp. suppressione et extinctione, d. collegio Tolosan. uniat, illiusque fructuum (24 duc.) unam alt. Tolosan., alteram medietates d. Nemausen. collegiis applicet, unamque vicariam perp. erigat. Accedit consensus Anthemii Dionisii mod. episcopi Nemausen. ad quem d. prior. collatio spectat.
R. ap. S. M. M. pr. kal. Aug. 1659 P. an. V.

*Reg. bull. VI.* 161 b. — *Fund. pr. Tolos. t.* 3.

49. *Regimini universalis Ecclesiae.* - Alex. VII, petente rectore coll. S. I. opp. Hallensis Cameracen. dioec.. officiali archiepiscopi Cameracen. committit ut ecclesiam parochialem d. civ., in cuius sacello B. M. V. presbyteri d. coll. functiones peragunt, et cuius personatus d. collegio ab Urb. VIII unitus fuit, uniat perpetuo, ita ut per presbyterum saecularem Ordinario loci a rectore praesentandum munia pastoralia exerceantur. Fr. 24, cum incertis 100 duc. auri de camera.
R. ap. S. M. M. kal. Oct. 1659 P. an. V.

*Miraeus II.* p. 1120.

50. A. F. R. M. *Cum sicut dilectus.* - Alex. VII Ioanni de Olmedo prof. S. I., qui facultate superiorum, iuxta Breve Greg. XIII, 22 dec. 1582, transiit ad Ord. Fratrum B. M. de Mercede redempt. capt. in civ. Cuzci in Indiis sed ad professionem ibi, ob habitum alius ord. gestatum, recipi nequivit, concedit ut, animae saluti consulendi ergo, in d. Ordine professionem emittat.
R. ap. S. M. M. III Febr. 1660 P. an. V.

*Reg. bull. VI.* 164.

51. *Uberes adeo fructus.* - Alexandri VII breve ad Card. Hieron. Bonvisium ut sua officia adhibeat ad S. I. introducendam in civ. Lucanam.
14 Febr. 1660.

*Elench. bull.*

52. *Ea plane.* - Alex. VII antianis et vexillifero reip. Lucensis, ad pietatem ac religionem augendas et ad posteros propagandas, introductionem in civit. istam S. I. conducere persuadet, adeo ut vix ulla supersit ex praecipuis Italiae et aliarum cath. provinciarum urbibus quae patres d. S. experta non probaverit.
R. ap. S. M. M. XIV Febr. 1660 P. an. V.

*Iul. Pogiani epist. II.* 172. *Elench. bull.*

53. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII in causa fabricae collegii S. I. Genuensis inter S. I. et conventum Genuensem fr. min. de observantia, decretum congregationis Card. negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae, die 23 Aug. 1652 datum, confirmat et removet impedimentum quominus coepta fabrica perficiatur, conditione adiecta.
R. ap. S. P. XII Mart. 1660 P. an. V.

*Bull. Rom.* *Fund. pr. Mediolan. t.* 4. — *Elench. bull.*

54. A. F. R. M. *Alias fe. re. Innoc.* - Alex. VII, petente Goswino Nickel Praep. Gen. S. I., derogans litteris Innoc. X. 1 Ian. 1646, congr. gen. quae elapso novennio mense Martio 1661 celebranda esset, ne provinciales transalpini mense Ian. et Feb., saeviente hyeme, iter facere cogantur ad subsequentem Maium differri concedit.
R. ap. S. P. XVII Mart. 1660 P. an. V.

*Reg. bull. VI.* 165.

55. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, petente rect. coll. Ravennaten. S. I., a 25 annis ibi commorantis sine ecclesia ad solita ministeria, usum perpetuum eccl. S. Hieronymi iesuatorum conventus suppressi in d. civ. concedit.
R. ap. S. M. M. XXVI Maii 1660 P. an. VI.

*Reg. bull. VI.* 165 b.

56. A. F. R. M. *Cum circa iuramenti vinculum.* - Alex. VII declarat alumnos collegiorum apostolicorum non ad triennium tantum, sed perpetuo quoad vixerint, Sed. Apostolicae servitio addictos esse, data etiam form. iuramenti.
20 Iul. 1660.

*Bull. Rom.* *Elench. bull.*

57. *Nuper pro parte.* - Alex. VII concedit aggregationem ad Congr. SS. Annunciatae in Urbe, congregationis utriusque sexus B. M. V. de bona morte et S. Iosephi agonizantis in eccl. SS. Simonis et Iudae Burgi Pignoli civ. Bergomen. erectae.
R. ap. S. M. M. XVI Aug. 1660 P. an. VI.

*Reg. bull. VI.* 168. b.

58. *Ad curam salutis.* - Alex. VII, petente rect. coll. S. I. Tolosan., mandat officiali Nemausen. ut in prioratu curato S. Andreae de Maiencoules Nemausen. dioec. d. collegio incorporato perpetuum beneficium eccl. secundarium pro presb. secundario qui vicarium in cura animarum adiuvet, cum pensione 200 libr. instituat.
R. ap. S. M. M. IV kal. Oct. 1660 P. an. VI.

*Reg. bull. VI.* 166.

59. A. P. R. M. *Ut collegii Germ. et Hung.* - Alex. VII mandat Cardd. Protectoribus d. collegii ut magis praecise utantur iurisdictione sua super regimine ideoque statutis diebus congregentur in aula Cardd. negotiis Prop. Fidei praepositorum.
R. ap. S. M. M. XVIII Dec. 1660 P. an. VI.

*Bull. Rom.* — *Bull. de pr. fide I.* 325.

60. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, petente rect. coll. S. Iosephi S. I. Neapolitan., attendens ad breve Innoc. X 14 Dec. 1650 concedentis licentiam imponendi et vendendi census ad effectum solvendi 8000 sc. camerae apost. intra decennium extinguendos, et ad breve Inn. X 12 Iul. 1652 concedentis licentiam accipiendi d. summam ad censum Neapoli, extendit d. decennium ad biennium a fine decennii computandum.
R. ap. S. M. M. VII Ian. 1661 P. an. VI.

*Reg. bull. VI.* 167. b.

61. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, petentibus capitulo et canonicis cathedr. eccl. Montis regalis prov. Taurinensis, mandat (archiepõ Taurinen.) ut confirmet concordiam ab eis initam cum cler. eiusdem civ. S. I. occasione decimarum (3 aureor. numm.) super 2 praediis vel casinis in territorio et communitate SS. Trin. et S. Albani per hos acquisitis.
R. ap. S. M. M. XXV Ian. 1661 P. an. VI.

*Reg. bull. VI.* 168.

62. Congr. S. Rit. - Decretum quo approbatur electio S. Fr. Xav. in patronum minus principalem civ. Stabien. seu Castri Maris.
12 Mart. 1661.

*Elench. bull.*

63. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Alex. VII congregationi gener. S. I. facultatem concedit eligendi Vicarium Praepositi Gener. Goswini Nickel perpetuum cum iure successionis.
R. ap. S. M. M. I Iun. 1661 P. an. VII

*Bull. Rom.* — *Nov. bull. S. I.* 180 *Reg. bull. VI.* 169. (1).

64. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII epõ Namurcen. et archidiacono d. ecclesiae, petentibus praep. prov. Gallo-belgicae et rectore coll. Nivellensis S. I., committit ut auctoritate apostolica gratis approbent et confirment transactionem initam super assignatione olim a Ioanne Dauvin epõ Namurcen. occasione fundationis d. collegii facta pro alimentis clericorum d. S. iuvenes docentium, sc. 700 florenorum ; assignatio deinceps fiat 190 fl. ex redditibus annuis legatorum duorum, Margaritae de Noyelle et Iacobi Gilain ; semel numerentur 200 fl. per receptorem seminarii Nivellensis, etc. prout in instrumento publico 13 Iun. 1659.
R. ap. S. M. M. XIII Aug. 1661 P. an. VII.

*Anal.... hist. eccl. Louvain, III.* 1886. p. 438. *Reg. bull. VI.* 170.

65. A. F. R M. *Alias nos dilectis.* - Alex. VII electum in Congr. gen. Vicarium Gen. perpetuum cum iure succedendi Io. Paul. Olivam confirmat et ordinationes ac declarationes congregationis de illius iurisdictione rata habet.
R. ap. S. M. M. XXX Aug. 1661 P. an. VII.

*Bull. Rom.* — *Nov. bull. S. I.* 182. *Reg. bull. VI.* 171.

(1) Ib. Epistola P. Nickel id petentis ad Alex. VII.

66. *Vitae ac morum.* Alex. VII Ioanni Warnero presb. Anglo qui iuvenili ardore alterius ordinis habitum assumpsit, quamvis ad finem novitiatus in eo non steterit, indulget ut in S. I. admitti possit, prohibitus licet a constitutionibus d. Soc.
R. ap. S. M. M. XVI Sept. 1661 P. an. VII.

*Elench. bull.* — *Reg. bull. VI.* 172.

67. *Coelestium munerum.* - Alexandri VII concessio ind. pro missionib. S. I. ad septennium (Cfr. Alex. VII. n. 1).
3 Ian. 1662.

*Elench. bull.*

68. S. Congr. Conc. - Decretum in Limana eiectionis ubi ad supplicem libellum archiep. Limani respondet religiosos S. I. post 3 vota simplicia duntaxat vigore privilegiorum eiusd. Soc. non comprehendi in Constit. Urbani VIII de apostatis et eiectis ; quoad reliqua, nempe alimenta dimissis e Soc. praestanda, nihil innovandum.
11 Feb. 1662.

*Elench. bull.*

69. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, petentibus cler. regul. coll. Ragusin. S. I., mandat (episcopo Ragusin.) ut confraternitati presb. S. Petri in cathedra nuncc. licentiam concedat vendendi d. collegio tres domos redditus ann. 8, 9 $^1/_2$ et 8 respective ducatorum.
R. ap. S. M. M. XXIV Mart. 1662.

*Reg. bull. VI.* 172 b.

70. *Religionis zelus.* - Alex. VII, exponente Vic. Gen. S. I., Francisco le Herichon, prof. 3 vot. S. I. ab 8 Sept. 1652, ac dein, cum confessarius et concionator reginae Poloniae et Sueciae electus esset, professionem 4 vot. mense Dec. proxime praeterito emittere iusso, indulget ut praerogativis loci vel sessionis in congr. quibuscumque uti valeat perinde ac si 8 Sept. 1652 eam emiserit.
In arce Gandulphi Albanen. dioec. V Maii 1662 P. an. VIII.

*Reg. bull. VI.* 173 b.

71. *Ad augendam fidelium.* - Alexandri VII indulg. pro oratione 40 hor. in carnisprivio. Ad septennium (Cfr. n. 10).
20 Maii 1662.

*Elench. bull.*

72. *Ad apostolicae dignitatis.* – Alexandri VII super concordia solutionis pensionis, a Greg. XIII (Cfr. n. 123) reservatae super fructibus abbatiae Fontis Avellanae ad favorem collegii neophytorum, a coll. Germanico in sc. 1400 tantum deinceps.
23 Maii 1662.

*Elench. bull.*

73. A. P. R. M. *In supremo militantis.* – Alex. VII clero et populo Vallis tellinae indulget facultatem exponendi publ. cultui super altari in par. eccl. S. Michaelis loci Sazzo Comen. dioec. imaginem S. Aloysii ibique missam in die obitus eius celebrandi.
R. ap. S. M. M. XXI Iun. 1662 P. an. VIII.

*Reg bull. VI.* 173. b.

74. A, F. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, Ioanne Paulo Oliva Vic. Gen. S. I. exponente collegium Tropiense a se ob penuriam suspensum fuisse donec aere alieno exsoluto ad statum primaevae fundationis reductum fuerit, et ab Episcopo Tropien. suspensionem per sequestra bonorum impediri, – facultatem relinquendi et alienandi collegia d. Vicario a Congr. gen. traditam confirmat.
R. ap. S. M. M. VII Aug. 1662 P. an. VIII.

*Bull Rom.* — *Nov bull. S. I* 184. *Reg. bull. VI.* 174

75. *Magna quam in dies.* – Alex. VII, petentibus rect. et collegialib. coll. S. I. opp. Ensisheem aut Enxeii in prov. Alsatiae dioec. Basileen., mandat officiali Basileen. ut cum d. coll. et sem. impensis Leopoldi archid. ab Austria erecto uniat monasterium a pluribus annis cura et conventu carentem S. M. de Vauxdieu alias Gottsthal Cluniacen. seu S. Ben. Ord. d. dioec., et prioratus S. Nicolai du Bois, S. Iacobi de Veldtbach et S. Petri de Kaltembruun sive fontis frigidi eorumdem Ord. et dioec., et vacantem resignatione Ioann. Henr. de Paudeberg cappellam S. M. Magd. de Engelthal.
R. ap. S. M. M. X kal. Sept. 1662 P. an. VIII.

*Fund. pr. Camp. t.* l. — *Reg. bull. VI.* 175 (1).

(1) Ib. Mandatum reductionis ad medietatem expensarum pro d. bulla unionis.

76. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, petente rectore coll. Baren. S. I. mandat archiepiscopo Baren. et archid. eccl. Baren. ut si in evidentem, facultatem concedant permutandi domum val. 300 sc. seu duc., qua ad fabricam absolvendam indiget, ad cappellam SS. Crucifixi in eccl. S. Nicolai existente, pro alia ad coll. spectante val. 400 sc., accedente Ioannis Tarsi cappellani consensu.
R. ap. S. M. M. XXI Sept. 1662 P. an. VIII.

*Reg. bull. VI.* 174 b.

77. A. P. R. M. *Debitum pastoralis officii.* - Alex. VII, felici S. I. regimini consulens, quod de triennio superiorum secundum Praepositi Gen. arbitrium continuando necne a S. Ignatio statutum et a Congr. gen. II confirmatum fuerat, licet in Congr. V id abrogari petitum fuerit nec tamen concessum, dein a Clem. VIII v. v. oraculo, Paulo V, Innoc. X et Alex. VII vario modo limitatum, praesentibus litteris confirmat, et statutum Innoc. X de munerum per annum cum dimidio post triennium vacatione pluries iam suspensum, abrogat.
R. ap. S. M M. I Ian. 1663 P an. VIII.

*Bull. Rom.* — *Nov. bull. S. I.* 185 *Elench. bull.*

78. *Vitae ac morum.* - Alexandri VII breve ad Hieron. Ximenes lusitanum ut, non obstante quocumque impedimento, possit in mortis articulo admitti in S. I. et in habitu Soc. Ulyssipone sepeliri.
8 Ian. 1663.

*Elench. bull.*

79. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Alex. VII concessam a Greg. XV (cfr n. 32) ind. plen. in festis S. Fr. Xav. confirmat et translato huius festo in diem tertiam Decembris, etiam transfert indulgentias.
R. ap. S. M. M. VIII Iul. 1663 P an. IX.

*Bull. Rom.* — *Hernaez, Coleccion II,* 588. *Elench. bull.*

80. *Religionis zelus.* - Alex. VII Salvatori Scarduccio presb. S. I. facultatem indulget transeundi ad Congreg. Lateranen. can. reg. O. S Aug., de consensu Vic. Gen. S. I. dummodo non ad effugiendam aliq. pœnam ad id moveatur.
R. ap. S. M. M. XXVIII Sept. 1663 P. an. IX.

*Reg. bull. VI.* 177 b.

81. Alexandri VII indultum in viv. vocis oraculo quod nostri in Sinis exercere valeant officium et dignitatem mandarini et mathematici regii, licet sint professi; occasione huius muneris collati in Ioannem Adamum Schall. Teste epist. Ioannis Pauli Olivae Vic. Gen. S. I. diei sequentis 4 Apr. 1664
3 Apr. 1664.

*Elench. bull.*

82. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Alex. VII Vicario Gen. S. I. ac Visitatori seu pro tempore Provinciali Siciliae eiusd. Soc. facultatem tribuit dimittendi Paulum Calogerum presb. prof. d. S., et huic ut ad quemcumque Ordinem in quo benevolos invenerit receptores transeundi sive in habitu presb. saec. sub obed. Ordinarii degendi facultatem concedit.
R. ap. S. M. M. XVII Apr. 1664 P. an. IX.

*Reg. bull. VI.* 178 b.

83. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, petenti rectori coll. Maceraten. S. I. concedit facultatem utendi, pro aere alieno ad coll. a d. 1500 sc. contracto solvendo, multiplico ab equite Sfortia Compagnono in favorem d. coll. haeredis instituto, et continuando donec ad redd. ann 500 sc. adscendat, licet nondum nisi 160 sc. ann. reddat.
R. ap. S. M. M. XXX Aug. 1664 P. an X.

*Reg. bull.* 179 b.

84. Alexandri VII mandatum P. Ioannis Paulo Olivae Praep. Gen. ut in conclusionibus et repraesentationibus et aliis actibus huiusmodi a scholaribus studentibus in scholis nostris peragendis expendi nequeant ultra sc. 100, absque permissione Praep. Gen., consulto SSmo.
12 Oct. 1664.

*Elench. bull.*

85. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, petenti Paulo Oliva Praep. Gen. S. I. concedit ut in favorem coll. Rom. et domus novitiatus S. Andreae ad tantam inopiam redactorum ut aeris alieni dissolvendi gratia paucos alere necesse sit, 20000 scut. ad censum vitalitium super bonis capere possit sub ann. interusurio 1800 sc. vel maiori vel minori pro aetate censuariorum.
In arce Gandulphi Albanen dioec. XXVII Oct. 1664 P. an. X.

*Reg. bull. VI.* 180 b.

86. *Exponi nobis nuper* – Alex. VII Ludovico Gaultier Parisien., olim novitio Carthusien. Ord. sed medicorum iudicio inde egredi coacto, Parisiis hoc fine in Urbem venienti facultatem concedit ingrediendi S. I.
R. ap. S. M. M. V Ian. 1665 P. an. X.

*Reg. bull. VI.* 182.

87. Nicolaus miseratione div tit. S. M. Angelorum S. R. E. pr. Card. Ludovisius provinciali S. I. prov. Paraguai in Ind. Occ. committit ut cum Ioanne de Triana incola prov. Paraguai nunc. religionem S. I. ingresso, bona fide non putante accepisse habitum alterius religionis esse impedimentum essentiale, cum per 3 menses habitum S. Fr. gestasset, in utroque foro dispenset, si sic visum fuerit.
R. ap. S. P. XIII kal. Iul. 1665 P. Alex. VII. an. XI.

*Reg. bull. VI.* 182 b.

88. Congr. S. Rit. – Decretum quo approbatur electio S. Franc. Xav. in compatronum civ. Bastiae in Corsica.
3 Iul. 1665.

*Elench. bull.*

89. *Religionis zelus.* – Alex. VII Vincentio Desperami prof. 4 vot. in S. I., 35 annis maiori, ad Ord. FF. S. Ioannis Dei transire cupienti, facultatem hanc indulget, consentiente Praep. Gen. d. S., licet aetas impedimentum in d. Ord. sit.
R. ap. S. M. M. XIX Dec. 1665 P. an. XI.

*Reg. bull. VI.* 183.

90. *Cum nos te per alias.* – Alex. VII per Iosephum a S. Maria episcopum Hierapolit., Apost. Sedis in insulis Maris Aegei, Zacinthi et Cephaloniae aliisque locis adiacentibus Visitatorem, superioribus S. I. in illis partibus mandat ut visitationem recipiant et admittant.
R. ap. S. M. M. II Iul. 1666 P. an. XII.

*Bull. Rom. – Bull. de prop. fide I* 372.

91. *Cum Nos te.* – Alex. VII Ioannem Ever. Nidhardum presb. reg. S. I., gener. Inquisitorem in Castellae et Legionis caeterisque Hispaniarum regnis... Carolo regi cath. subiectis constitutum,

munus acceptare in virt. S. Obedientiae praecipit et votum de non acceptanda ulla dignitate relaxat.

R. ap. S. M. M. XV Oct. 1666 P. an. XII.

*Reg. bull. VI.* 213

92. Facultates concessae a SS. D. N. Alexandro PP. VII P. Ignatio Pangallo S. I. super. missionum eiusd. S. in insulis Maris Aegei aliisque Orientis partibus. - In congr. gen. S. R. et U. Inq. habita in pal. apost. apud S. M. M. SS. D. N.... ad 4 annos. - Card. Barberinus. Fr. Riccardus Not.

F. V. d. X Febr. 1667.

*Nota.* Eaedem fac. die X Maii 1667 fuerunt concessae P. Nicolao Vabois sac. S. I. super. miss. in Graecia ad 3 tantum annos.

*Reg. bull. VI.* 184.

93. Facultates concessae a S. S. D. N. Alexandro PP. VIII P. Nicolao Poiresson sac. S. I. super. miss. eiusd. Ord. in Syria et Perside. - In congr. gen..... ad septennium.

d. X Maii 1667.

*Nota.* Eaedem fac. die X Maii 1667 fuerunt concessae P. Filippo de Marinis sac. S. I. super. missionum in provinciis Cocincinae, Tunchini, et Iaponiae ad septem annos tantum.

*Reg bull. VI.* 186.

# CLEMENTIS IX.

Clemens IX, Pistoriensis, Iulius Rospigliosi, Presb. Card. tit. S. Sixti, electus XX, coronatus XXVI Iun. 1667, obiit IX Dec. 1669.

Clemens IX attendens, ut ipse in bulla *Ex quo tempore* 5 kal. Aug. 1668 loquitur, « quod S. I. suum, digito Dei, ex eodem Sedis oraculo. efformatum Institutum semper egregie sustinuit, munus, disciplinis christianae pietati conciliatis, ad ingeniorum culturam simul et animarum exercuit salutem, prout publice testantur perennia religiosae sapientiae monumenta, quibus litteraria ornantur theatra et catholica coronatur Ecclesia, adeo ut pronuntiatum illud propheticum eius professoribus apposite congruat : Labia sacerdotis custodient scientiam et legem requirent de ore eius », et considerans quod « eiusdem Societatis religiosi .. prae aliis scientiis in sacra theologia summopere praestant » duas theologicas cathedras pro S. I. in universitate Complutensi creavit.

P. Nicolaum Zucchium de gravibus rebus saepe consuluit; P. Aloysio Spinula usus est conscientiae moderatore, et congregationis s. rituum, indulgentiarum et apostolicae visitationis consultore. P. Ioannem Olivam sacra purpura ornare statuerat. Litterae exstant (Gomez, *Elogia S. I.* p. 57) quibus P. Oliva Pontificis erga S. I. amorem testatur.

---

1. S. Rit. Congr. – Decretum quo approbatur electio S. Franc. Xav. in patronum civ. Tergesti.
13 Aug. 1667.

*Elench. bull.*

2. A. F. R. M. *Dilectos filios.* – Clem. IX alumnis seminarii pontificii Brunsbergae in Prussia concedit ut ad sacros ordines promoveri possint ad titulum sufficientis litteraturae absque Ordinariorum dimissoriis et non servatis interstitiis.
R. ap. S. M. M. XVI Aug. 1667 P. an. I.

*Bull. de propag. fide I.* 374. — *Bull. Rom.* *Reg. bull. V.* 188.

3. A. P. R. M. *Augustissimae atque gloriosissimae.* – Clem. IX, supplicanti P. Io. P. Oliva Praep. Gen. S. I., officium cum octava de praecepto et missam Conceptionis B. M. Virg. Immaculatae presbyteris d. S. concedit.
R. ap. S. M. M. XVII Sept. 1667 P. an. I.

*Bull. Rom.* — *Nov. bull. S. I.* 191. *Elench. bull.*

4. A. P. R. M. *Creditae nobis divinitus.* - Clem. IX cultum et venerationem S. Ignatii S. I. Fundatoris de universali Ecclesia adeo benemeriti augere volens, festum eius sub ritu duplici ab omnibus qui ad horas can. tenentur celebrari mandat.
R. ap. S. M. M. V Oct. 1667 P. an. I.

*Bull. Rom.* *Elench. bull.*

5. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Clem. IX, petentibus communitate et hominibus civ. Sulmonen., collegii S. I. in d. civ. erectioni praefixum a Franc. Ant. Sardi in suo testamento biennium, quum fabrica tam cito absolvi nequeat, ad alios duos annos prorogat.
R. ap. S. M. M. XXX Nov. 1667 P an. I.

*Reg. bull. VI.* 188 b, 198 b.

6. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Clem. IX pro communione generali quae cura cler. reg. S. I. in carceribus novis nunc. et capitulinis de Urbe semel alternis mensibus peragitur, indulgentias a Paulo V confr. B. M. V. de Pietate concessas ad carceratos extendit.
R. ap. S. M. M. XXX Nov. 1667 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 189.

7. A. P. R. M. *Ad pastorale fastigium.* - Clem. IX, recensita collegii Germ. et Hung. privilegia per Breve Greg. XV *In supremo militantis* (cfr. Greg. XV n. 23) concessa confirmat, et praeterea a cardinalibus protect. omnem superioritâtem circa S. Apollinaris de Urbe aliaque bona annexa exerceri decernit.
R. ap. S. M. M. XIV Iul. 1668 P. an. II.

*Bull. de propag. fide I.* 375. — *Bull. Rom.*

8. Congr. S. Rit. - Decretum quo approbatur electio S. Fr. Xav. in comprotectorem civ. Taurini.
20 Iul. 1668.

*Elench. bull.*

9. A. P. R. M. *Ex quo tempore.* - Clem. IX, petentibus rect. coll. S. I. oppidi de Alcala de Henares Toletan. dioec. et rect. et consiliariis univers. d. opp., duas novas s. theologiae cathedras a

Marianna de Austria Hisp. regina gubernatrice pro 2 lectoribus d. S. fundatas, secundum pactum inter Ioannem deValenzuela prov. Toletanae provincialem et d. universitatem, confirmat.
R. ap. S. M. M. V kal. Aug. 1668 P. an. II.

*Reg. bull. VI.* 195-198. b.

10. A. P. R. M. *Religiosorum virorum.* - Clem. IX, petente ex decreto Congr. gen S. I. anni 1661 Ioanne Paulo Oliva Praep. Gen. d. S., breve Innoc. X d. 1 Ian. 1646 (cfr. n. 9) de Congreg. gen. d. S. quovis novennio celebranda suspendit et in proxima d. S. Congregatione de opportunitate abrogationis inquiri iubet.
R. ap. S. M. M. XX Sept. 1668 P. an. II.

*Bull. Rom. — Nov. bull. S. I.* 192. *Elench. bull.*

11. *Exponi nobis nuper.* - Clem. IX, petente Praep. prov. prov. Lusitaniae S. I., mandat vicario cap. eccl. Ulixbonen., sede archiepiscopali vacante, ut salarium, cuidam Blasio Diei in opp. Cetobricen. dioec. Ulixbonen. latinae linguae praeceptori a Magno Mag. militiae S. Iacobi de Spatha ex redditibus mensae magistralis concessum, et litt. 25 Mart. 1658 ab eodem clericis reg. S. I. tunc novum ibi coll. extruentibus ad novennium concessum, in perpetuum d. collegio applicet.
R. ap. S. M. M. XII Nov. 1668 P. an. II.

*Reg. bull. VI.* 189.

12. *Exponi nobis nuper.* - Clementis IX breve ad Ioann. Paulum Oliva Praep. Gen. S. I. ut Petrum Barseli Mirandulanum, qui 14 circ. annis in S. I. vixit, dein, detecto impedimento per Generalem indispensabili quod per lineam maternam ab hebraeis descenderit, dimissus est, iterum pro suo arbitrio in Soc. recipiat.
8 Ian. 1669.

*Elench. bull.*

13. A. F. R. M. *Animarum saluti.* - Clem. IX supplicante I. P. Oliva Praep. Gen. S. I., ad 20 annos renovat facultates d. S. in utraque India ab Inn. X concessas (cfr. n. 27).
R. ap. S. M. M. VIII Ian. 1669 P. an. II.

*Bull. de prop. fide I,* 386. *Reg. bull. VI.* 190.

14. *Ad augendam.* - Clementis IX indulgentia pro oratione 40 horarum in quinquagesima. Ad septennium (Cfr. Alex. VII n. 69).
17 Iun. 1669.

*Elench. bull.*

15. A. F. R. M. *Sollicitudo pastoralis officii.* - Clem. IX confirmans Breve Urb. VIII, 22 Febr. 1633 vetantis Religiosos omnes etiam S. I. in India Orientali, China et Iaponia mercaturam, eam prohibet in regnis Indiarum Orientalium et praesertim in prov. S. I. de Iapone nunc. et in partibus Americae tam australibus quam septentrionalibus, et superioribus permittentibus poenas iniungit.
R. ap. S. M. M. XVII Iun. 1669 P. an. II.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide I.* 391. *Elench. bull.*

16. Facultates concessae a SS. D. N. Clemente PP. IX P. Balthassari Vanderbeke S. I. praefecto missionum eiusd. S. in provinciis Belgii unitis. - In Congr. gen. S. Off. SS. D. N... concessit ad tres annos. - A Card. Barberinus. Franc. Riccardus Not.
F. V. d. XXII Aug. 1669.

*Reg. bull. VI.* 193 b.

17. A. F. R. M. *Speculatores domus Israel.* - Clem. IX, exponente Franc. episcopo Eliopolitano Vic. apostolico Tunchini suo et Petri episcopi Beryten. Vic. apostolici Cochinchinae atque etiam episcopi Metellopolitani Vic. apostolici Nanchini nominibus, disponit circa dependentiam missionariorum cuiusvis Ordinis etiam S. I. et catechistarum a Vicariis apostolicis, quoad patentas exhibendas, parochialia exercenda, etc.
R. ap. S. M. M. XIII Sept. P. an. III.

*Bull. de pr. f. I.* 399. *Bull. Rom.*

18. A P. R. M. *In excelsa Sedis.* - Clem. IX breve Alex. VII *Sacrosancti apostolatus* 18 Ian. 1658 et decreta Congr. de propag. fide 22 Iul. 1658 de cappellanis Indis, sacerdotibus indigenis, pueris docendis, et ritibus ludicris a processionibus arcendis, auctoritate apostolica confirmat et per regulares cuiusvis Ordinis, etiam S. I. observari vult.
R. ap. S. M. M. XIII Sept. 1669 P. an. III.

*Bull. de pr. f. I.* 402.

# CLEMENTIS X.

Clemens X, Romanus, Aemilius de Alteriis, episcopus Camerinus, creatus XXIX Apr., coronatus XI Maii 1670, obiit XXI Iul. 1676.

Sacrorum rituum atque indulgentiarum congregationibus P. Hieronymum Cataneum dedit consultorem. 22 decembri 1671 oblata sibi P. Ioannis Adami Schall quatuordecim volumina sinicis litteris conscripta reponi iussit in bibliotheca Vaticana. P. Ioannem Paulum Oliva Praepositum Generalem S. I., quem praedecessores Alexander VII, et Clemens IX sibi adesse morientibus voluerant, et ipse accersivit moribundus.

---

1. *Rationi congruit.* - Clem. X mandat episcopo Narnien. sive eius Vic. gen. ut attento quod Alex. VII, VI id. Oct. P. an. II, tunc existenti episcopo Narnien. dedit in mandatis ut presbyteris S. I. coll. Interamnen. assignaret, cum onere ut aliqui infra annum pro missionis officio ad civ. Narnien. accederent, haereditatem, ascendentem tunc cum fructibus ad 193 duc. cuiusdam Septimii Mauseni laici Narnien. qui testam. 4 Nov. 1633 d. coll. univers. haeredem constituerat, assignationem exsequatur, licet litterae, Alexandri obitu, confectae non fuerint.
R. ap. S. P. XI Maii 1670 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 211 b.

2. *Exponi nobis nuper.* - Clem. X, petentibus capitulo et canonicis cathed. eccl. Melevitan. et clericis reg. coll. S. I. quod Clem. VIII (Cfr. 7 et 8) ibi erigi voluit, mandat Ioanni Tempio in utr. sign. referendario et haer. prav. Inquisitori in insula Meliten. auctor. apostolica deputato ut confirmet concordiam super taxarum cessione.
R. ap. S. P. XXVIII Maii 1670 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 199 b.

3. *Religionis zelus.* - Clemens X Ioanni Bapt. Tavè novitio Ord. S. Fr. Min. S. Franc. convent. nunc., qui post professionem

regularem in S. I. emissam illuc transierat, ut de superiorum consensu, peractis mensibus novitiatus duntaxat sex in d. Ord. professionem emittat, indulget.
R. ap. S. P. XXVIII Maii 1670. P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 199.

4. A. P. R. M. *In eminente Principis.* - Clem. X officium S. Francisci Xaver. de mandato Alex. VII sub ritu semid. in calend. Rom. appositum, sub ritu dupl. de praecepto apponi iubet.
R. ap. S. M. M. XIV Iun. 1670. P. an. I.

*Bull. Rom.* — *Nov. bull. S. I.* 195. *Elench. bull.*

5. S. Rit. Congr. - Decretum pro canonizatione S. Francisci Borgiae.
24 Iun. 1670.

*Elench. bull.*

6. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Clem. X, petentibus clero et populo civ. Sulmonen. novam (Cfr. Clem. IX, n. 5) prorogationem ad triennium pro erectione coll. S. I. indulget.
R. ap. S. M. M. VII Iul. 1670 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 200 b.

7. *Cum dilecti filii.* - Clem. X, petente Praep. Gen. S. I., presbyteros d. S. ab onere audiendi confessiones monialium mon. de Eschenbach Ord. Cistercien. petente senatu Lucernae reip. a Paulo V, Urbano VIII (cfr. 175), Innoc. X ad tempus imposito, liberat.
R. ap. S. M. M. VIII Aug. 1670 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 202. b.

8. *Exponi nobis nuper.* - Clem. X, petente Vinc. Octaviano Chien. cler. reg. S. I, mandat epõ Chien. ut eum ad s. ordines etiam maiores promoveat, licet morbo comitiali laborantem.
R. ap. S. M. M. VIII Aug. 1670 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 201. b.

9. A. P. R. M. *In apost. dignitatis officio.* - Clem. X, petentibus Michaele Poloniae rege illustri et presbyteris S. I. officium et missam de B. Stanislao 13 Nov. in Polonia, magno ducatu Lithua-

niae, Romae in eccl. S. Andreae in monte Quirinali et in omnibus ecclesiis S. I. concedit.
R. ap. S. M. M. XVI Aug. 1670 P. an. I.

*Bull. Rom.* *Elench. bull.*

10. S. Rit. Congr. – Decretum super ordine praecedentiae inter quinque sanctos canonizandos, quorum alter S. Franciscus Borgia.
6 Sept. 1670.

*Elench. bull.*

11. *Ad augendam.* – Clementis X indulgentia in ecclesiis nonnullarum domorum et collegiorum S. I. die 13 Novembris.
3 Oct. 1670.

*Elench. bull.*

12. *Ad augendam.* – Clementis X indulgentia in aliis pluribus ecclesiis S. I.
7 Oct. 1670.

*Elench. bull.*

13. Facultates concessae a SS. D. N. Clemente PP. X. P. Ignatio Albertino sac. S. I. superiori missionum eiusd. Soc. in insulis maris Aegei aliisque orientis partibus. – In congr. gen. S. R. et U. Inq. habita in pal. ap. apud S. M. M. SS. D. N. concessit ad 4 annos. – Fr. Card. Barberinus. Fr. Riccardus Not.
F. V. d. 13 Nov. 1670.

*Reg. bull. VI.* 203.

14. *Religionis zelus.* – Clem. X Octavio Cataneo prof. 4 vot. S. I. concedit licentiam, licet non obtentam a Praep. Gen. d. Soc., transeundi ad alium etiam laxiorem Ordinem non tamen militarem vel hospitalarium.
R. ap. S. M. M. XV Nov. 1670 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 208

15. Facultates concessae a SS. D. N. Clemente PP. X. P. Ioanni Briot sac. S. I. praefecto missionum eiusd. S. in America meridionali et insulis adiacentibus. – In congr. gen. S. R. et U. Inq. in pal. ap. apud S. M. M. SS. D. N. conc. ad septennium.
F. V. d. 20 Nov. 1670.
Nota. Suprad. facultates eodem die, mense et anno fuerunt concessae P. Francisco Lemarxan (?) S. I. praef. missionum eiusd. S. in America septemtrionali nunc. Canada. — Fr. Card. Barberinus, Fr. Riccardus Not.

*Reg. bull. VI.* 205.

16 S. Rit. Congr. - Decretum quo declaratur in expressione nominum quinque beatorum tunc canonizandorum, servandum esse ordinem hierarchiae eccles., et si plures sint eiusdem ordinis, praeferendum diem mortis. Et ideo in casu, ponendos esse primo loco Caietanum, secundo Borgiam, tertio Benitium, quarto Bertrandum et quinto Rosam.
6 Dec. 1670.
*Nota.* Decreto 26 Ian. 1671 declaravit eadem Congr. standum esse decreto 6 Dec.

*Elench. bull.*

17. De mandato Clementis X Hieronymus Gastaldi, thesaurarius generalis, bullam Greg. XIII (cfr. n. 43) *Ut ceteri* citans et confirmans, Caesari Baldinotti dohanarum appaltatori significat coll. Germanicum a solutione gabellae et dohanae esse liberum.
XIV Ian. 1671.

*Bull. Rom.*

18. *Religionis zelus.* - Clem. X Octavio Cataneo presb. reg. S. I. professo concedit ut novitiatum in alterutro Eugubin. et Perusien. Congr. can. reg. S. Salvatoris O. S. Aug. monasteriis agere valeat.
R. ap. S. M. M. XVI Ian. 1671 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 207. b.

19. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Clem. X., petente rect. coll. S. I. civ. Messanen., prohibet sub poena excommunicationis latae sent. e bibliotheca d. coll. asportari seu ut commodentur permitti, libros, quinterna etc.
R. ap. S. M. M. XIII Febr. 1671 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 207.

20. *Exponi nobis nuper.* - Clem. X, petentibus rect. et cler. reg. S. I. Ianuen. mandat archiepõ Ianuen. et archidiac. d. Eccl. ut d. coll. concedant facultatem vendendi parvam domum ruinosam (fr. 15 sc.) indeque pretium reparandis aliis bonis stabilibus impendendi.
R. ap. S. M. M. XV Apr. 1671 P. an. I.

*Reg. bull. VI.* 208. b.

21. *Cum nos nuper.* - Clementis X indulg. pro una vice tantum in festo S. Franc. Borgia et per octavam.
24 Apr. 1671.

*Elench. bull.*

22. A. P. R. M. *Redemptoris et Domini N.* - Clem. X indulgentiam pleuar. die 3 Oct. festo S. Francisci Borgiae, Praepositi Gen. S. I. concedit in ecclesiis d. S.
R. ap. S. M. M. III Iul. 1671 P. an. II.

*Bull. Rom. — Ex typ. cam. ap.* (*Bullae*). *Elench. bull.*

23. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Glem. X, petente Ioanne Paulo Oliva Praep. Gen. S. I., in favorem collegii in civ. Fanen. secundum Petri Petruccii Fanen. testamentum 20 Nov. 1659, intra terminum 15 ann. et sec. codicillum 14 Nov. 1661 intra decennium fundandi, secus a cler. pauperib. Congr. Matris Dei scholarum piarum, et post triennium, onere non impleto, a Congreg. cler. saec. Oratorii S. Philippi erigendi, concedit prorogationem.
R. ap. S. M. M. XVII Iul. 1671 P. an. II.

*Reg. bull. VI.* 209. b. — *Fund. pr. Rom. t.* 1.

24. S. Rit. Cong. - Decretum pro celebrando festo cum octava S. Francisci Borgiae die 3 Oct. sub ritu secundae classis in S. I.
18 Iul. 1671.

*Elench. bull.*

25. *Coelestibus et apostolicis.* - Clementis X breve pro epõ Beriten. Vic. apost. Cocincinnae, quo declaratur duas propositiones P. Ant. Quintanaduennas S. I. ab eo iuste fuisse notatas, invalidamque esse sententiam per Fr. Ludovicum Fragosum commissarium S. Off. contra ipsum latam.
11 Sept. 1671.

*Elench. bull.*

26. A. P. R. M. *Alias piis enixisque.* - Clem. X breve 16 Aug. 1670 (cfr. n. 9) ad ecclesias quascunque Poloniae et Lituaniae, in aliis vero locis ad solas eccl. S. I. extendi declarat.
R. ap. S. M. M. XXX Sept. 1671 P. an. II.

*Bull. Rom.* *Elench. bull.*

27. *Cum nos hodie.* - Clem. X Everardum Nidhardum, petente Marianna Hisp. regina cath. vidua, metropolitanae eccl. Edessen. in part. infid. archiepiscopum praeficit, et votum eius de non acceptanda praelatione relaxat.
R. ap. S. M. M. XVI Nov. 1671 P. an. II.

*Reg. bull. VI.* 210. b.

28. Facultates concessae a SS. D. N. Clemente PP. P. Antonio de Govea S. I. praefecto missionum PP. S. I. in regno Synarum. - In congr. gen. S. R. et U. Inq. habita in palatio apostolico ap. S. M. M. SS. D. N... concessit ad decennium. - F. Card. Barberinus. Fr. Rivardus Not.
F. v. d. 25 Febr. 1672.

*Reg. bull. VI.* 215. b.

29. S. Rit. Congr. - Votum : de S. Iosepho in patronum missionis regnique Synarum per sacerdotes europaeos multos in Synis electo indulgentias tanquam de patrono concedi posse. Die 26 Apr. censuit ind. plen. ad 15 annos.
26 Mart. 1672.

*Reg. bull. VI.* 213 b. (1)

30. S. Rit. Congr. - Decretum quo approbatur electio S. Franc. Xaverii in patronum civ. Tabernarum.
26 Mart. 1672.

*Elench. bull.*

31. S. Congr. Conc. - Decretum in Gerunden. patrimonii, perpensis deductis tum pro parte oratoris (Martiniani Ballo Gerunden.) qui ante profess., post 12 annos in S. I. egressus anno 1664 ut iuvaret matrem pauperem, redditum annuum 40 aureorum ex bonis religionis postulabat, tum pro parte religionis, resp. Nihil esse innovandum.
4 Iun. 1672.

*Elench. bull.*

32. A. F. R. M. *Super cathedram principis apostolorum.* - Clem. X petente Praep. Gen. S. I. missionariis d. S. in regno

(1) Accedit copia memorialis P. Prosperi Intorcetta hac de petitione.

Synarum ut super Eccl. praeceptis quoad ieiunia, festa, sacramentalem confessionem et comm. dispensare valeant, ad 12 annos concedit.
R. ap. S. M. M. VIII Iul. 1672 P. an. III.

*Reg. bull. VI.* 214.

33. A. F. R. M. *Alias fe. re. Alexander.* - Clem. X petente Ioanne Paulo Oliva Praep. Gen. S. I. confirmat censum ex litt. Alex. VII, 12 Mart. 1657, pro emendo monasterio Venetiis impositum super tenutam de Pagnolo nunc. in ducatu Ferrariensi ad coll. Ferrariense S. I. spectante et ex haereditate Felicis Saxatellae ducissae proveniente.
R. ap. S. M. M. XXIII Iul. 1672 P. an. III.

*Reg. bull. VI.* 214 b.

34. A. P. R. M. *Nuper pro parte.* - Clem. X, petente Alph. de Alarcos Proc. gen. prov. Hisp. et Indiar. S. I., decretum congr. negotiis episcoporum et regul. pracpositae, 6 maii 1672, de funeribus in ecclesiis S. I., auctoritate apost. confirmat.
R. ap. S. M. M. III Aug. 1672 P. an. III.

*Nov. bull. S. I.* 196. *Elench. bull.*

35. *Exponi nobis nuper.* - Clem. X, petente rect. coll. Faventin. S. I., mandat episcopo Faventin. ut concedat facultatem capiendi 2400 sc. ad censum super bonis collegii pro extinctione censuum, ad rationem fructus 7 et 5 sc. pro centenario quolibet impositorum.
R. ap. S. M. M. XXVI Sept. 1672 P. an. III.

*Reg. bull. VI.* 217 b.

36. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Clem. X statuit etiam convictores, qui praeter alumnos in coll. Germanico et Hung. de Urbe recipiuntur, iuramentum praestare debere quod absolutis studiis ab Urbe statim discessuri et in Germaniam reversuri sint.
R. ap. S. M. M. XV Oct. 1672 P. an. III.

*Bull. Rom.*

37. Facultates concessae a SS. D. N. Clemente PP. X. P. Iacobo Phil. de Novis S. I. praef. missionum eiusd. S. in provinciis Belgii

foederatis. - In congr. gen. S. R. et U. Inq. habita in pal. apostol. ap. S. M. M. SS. D. N... concessit ad triennium proximum. F. Card. Barberinus. Fr. Rivardus Not.
F. V. d. 1 Dec. 1672.

*Nota*. Referente Romano Ubaldo archiepiscopo Caesareen. secret., facultatibus nullo modo uti potest nisi postquam se RRmo Domino episcopo Castorien. Vic. ap. Belgii praesentaverit et ab eo licentiam in scriptis et in calce praesentium facultatum pro suo arbitrio obtinuerit eas exercendi, et sub omnimoda deinceps iurisd. eiusdem et directione subiaceat et non alias. 21 Nov. 1672. Card. de Alteriis praef.

*Reg. bull. VI.* 218 b.

38. Congr. S. Rit. - Decretum quo approbatur electio S. Franc. Xav. in patronum minus principalem civ. Adiacensis in Corsica.
3 Dec. 1672.

*Elench. bull.*

39 SS. D. N. Clemens X, humiliter supplicante Ioanne Paulo Oliva Praep. Gen. S. I. concedit ut provinciae eiusd. S. ad Hispaniae assistentiam pertinentes et singulae earum personae semel in hebd. die non impedita festo duplici aut semiduplici, missam et off. de S. Ignatio S. I. fundatore et parente celebrare valeant, exc. adventu et quadragesima. - F. M. episcopus Portuen. Card. Brancatius. - Bern. Casalius s. r. C. secr.
5 Ian. 1673.

*Anal. Iur. Pont. VIII.* 1962. *Reg. bull. VI.* 266 b.

40. *Cum sicut dil. filius*. - Clementis X indulg. plen. in oratoriis privatis intra fines Anglicanae provinciae, ad instar eius quae concessa est visitantibus ecclesias S. I. in quibusdam anni festivitatibus. Ad septennium.
28 Ian. 1673.

*Elench. bull.*

41. Supplicante SS. D. N. Clementem PP. X Patre Antonio de Macedo S. I. rectore dom. prob. Ulissiponensis ac procuratore misso ad congr. generalem quatenus eadem S. S. dignaretur concedere ut provinciae S. I. ad Lusitaniae assistentiam pertinentes... semel in hebd. missam et off. de S. Ign. celebrare et recitare

possint sicut.... d. 5 Ian. 1673 (cfr. n. 39)... S. S. benigne concessit. - V. Card. Carpineus. - B. Casilius s r. C. secr.
29 Ian. 1673.

*Reg. bull. VI.* 266 b.

42. Cum alias die 5 Ian. 1673, SS. D. N. Clemens X indulserit ut provinciae S. I. ad Hispaniae assistentiam pertinentes semel in hebd. missam et off. de S. Ign. celebrare et recitare valeant.. : nunc vero eadem S. S., supplicante procuratore gen. praef. Soc.... concessit ut etiam provinciae S. I. ad assist. Germaniae pertinentes... valeant. V. Card. Carpineus. B. Casilius s. r. C. secr.
29 Ian. 1673.

*Reg. bull. VI.* 267.

43. A. P. R. M. *Creditae nobis coelitus.* - Clem. X prohibitionem iam factam edendi de missionibus libros absque S. Congregationis de propag. fide venia, sub excommunicationis poena edicit utque praesentes litteras in capitulis legi quotannis curent, superiores cuiusvis Ordinis, etiam S. I., iubet.
R. ap. S. M. M. VI Apr. 1673 P. an. III.

*Bull. Rom. — Bull. de prop. fide I,* 417. *Elench. bull.*

44. *Praecipua enimvero.* - Clem. X, sacerdotibus, catechistis et christianis Tunchini et Cocincinae de praestita bullis praedecessorum quoad Vicarios Apost. obedientia laudatis, dubium aliquorum de Brevi Alexandri VII an. 1664 ad P. Marinum S. I. dati, quo commendabantur d. S. patres tanquam antiqui missionarii, solvit, nihil in eo Vicariorum iurisdictioni detrahi significans.
R. ap. S. M. M. X Nov. 1673 P. an. IV.

*Bull. de propag. fide. I.* 422. *Elench. bull.*

45. A. F. R. M. *Illius qui charitas est.* - Clem. X, divisionibus inter christianos Tunkinenses, Cochinchinenses aliosque medens, vetat ecclesiasticos saeculares necnon regulares etiam S. I. litteras deputationis in Vicarium generalem, vel foraneum seu, ut aiunt, de Vara visitatorem accipere, vel iis uti.
R. ap. S. M. M. XXIII Dec. 1673 P. an. IV.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide I.* 442 *Elench. bull.*

46. A. F. R. M. *Romanus Pontifex.* - Clem. X concessam olim, petentibus presb. S. I. in Sinarum regno commorantibus, per Breve 27 Iun. 1615 licentiam celebrandi missam capite contecto, pileo tamen sacri mysterii proprio et coloris paramentorum, Petro Lambert epõ Berytensi ceterisque Vic. apostolicis concedit.
R. ap. S. M. M XXIII Dec. 1673 P. an. IV.

*Bull. de propag. fide I.* 428.

47. A. F. R. M. *Ad augendam.* - Clem. X fidelibus curae episcoporum vicariorum apost. in partibus Sinarum aliisque vicinis regnis commissis ind. plen concedit in festis S. Iosephi et S. Franc. Xav. Ad 15 annos.
R. ap. S. M. M. XXIII Dec. 1673 P. an. V.

Hernaez. *Coleccion* II, 968.

48. A. P. R. M. *Ex iniuncto nobis.* - Clem. X, petentibus Michaele Poloniae rege illustri, archiep. et episcopis et senatu regni et magni ducatus Lithuaniae, B. Stanislaum Kostka patronum principaliorem dd. regni et ducatus declarat eiusque memoriam ad domin. prox. post 13 Nov. transferri posse concedit.
R. ap. S. M. M. X Ian. 1674 P. an. IV.

*Bull. Rom. — Ex typ. cam. ap.* (*Bullae*). *Elench. bull.*

49. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Clem. X, petenti rect. coll. S. Luciae Bononien. S. I. facultatem concedit reducendi ad 22 scholares numerum qui iuxta Alberti Angelelli dispositionem tam in donatione 4 Maii 1632 quam in testam. 11 Iau. 1648, cum S. I. ingressurus esset, facto manuteneri deberent.
R. ap. S. M. M. XVI Feb. 1674 P. an. IV.

*Reg. bull. VI.* 220.

50. Congr. S. Rit. - Audomaren. in Flandria. Consecrationem ecclesiae S. I. in d. civ. spectare ad episcopum dioecesanum, nisi abbas mon. S. Bertini O. S. B. habeat speciale privilegium S. Sed. Apostolicae, quod episcopo praefato tenetur exhibere.
14 Apr. 1674.

*Gardellini*, 2686.

51. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Clem. X, petentibus rectoribus collegiorum civ. Quitensis et S. Fidei novi regni Granatensis in Indiis Occid. et praefectis studiorum, concedit graduatis et laureatis dd. coll. facultatem concurrendi ad canonicatus et praebendas doctorales vel magistrales. Galeatio archiepiscopo Corinthi suo in regnis Hisp. Nuntio mandat quatenus praesentium effectu frui non permittentes compescat.
R. ap. S. M. M. XXX Maii 1674 P. an. V.

*Reg. bull. VI.* 222. — *Fund. prov. Novi Regni.*

52. A. F. R. M. *Quoniam ea quae.* - Clem. X episcopos Indiarum et regularium etiam S. I. Superiores iubet observare constitutiones apostolicas et decreta congregationis Cardinalium negotiis propagandae fidei praepositorum.
R. ap. S. M. M. VII Iun. 1674 P. an. V.

*Bull. Rom.* — *Bull. de propag. fide I.* 449. *Elench. bull.*

53. Congr. S. Off. - Franc. episcopus Hostien. Barberinus et Cardd. Cybo, Othobonus, Chisius, de Alteriis, Rasponus, Portocarrero, Bona, Carpineus, Déstree, Nerlius. Arrolinus, Cataneus, concedunt P. Bernardo Paravicino S. I. in Valletellina Comen. dioec. commoranti facultatem legendi omnes prohibitos libros, exc. Molinaei, Nic. Macchiavelli operibus ac libris de astrologia iudiciaria.
30 Aug. 1674, Pont. Clem. X an. 5.

*Reg. bull. VI.* 223.

54. *Licet ea.* - Clementis X confirmatio facultatum, exemptionum et privilegiorum in favorem coll. Germanici a Iulio III, Greg. XIII, Clem. VIII, Greg. XV et Clem. IX concessorum.
3 Nov. 1574.

*Elench. bull.*

55. *Exponi nobis nuper.* - Clem. X, petentibus presbyteris confrat. seu congr. S. Petri in cathedra Ragusin., mandat archiepõ Ragusin ut iis concedat facultatem vendendi, ut perfici possit fabrica coll. S. I. d. civ., duas domos dirutas et cisternas, pretio 140 duc. ad rationem 40 grossorum mon. Ragusin. pro quolibet duc. in fabricam hospitalis reaedificandi convertendo.
R. ap. S. M. M. VII Nov. 1674 P. an. V.

*Reg. bull. VI.* 225 b.

56. *Exponi nobis nuper.* - Clem. X, petentibus communitate et hominibus civ. Narnien. et clericis coll. Interamnen. S. I. mandat epõ Narnien. ut confirmet concordiam super haereditate Septimii Maurini, cuius duae tertiae partes cedant collegio, cum onere missionis singulis bienniis, tertia d. civitati pro lecturis theologiae moralis et iuris.
R. ap. S. M. M. XIV Ian. 1675 P. an. V.

*Reg. bull. VI.* 224 b.

57. A. P. R. M. *Exposuerunt Nobis.* - Clem. X cum aliqui convictores itali, propter vehementes potentium commendationes in coll. German. et Hungar. introducti fuissent, decretum 5 Card. Protectorum d. collegii ut nullus convictor vel alumnus recipiatur in collegium qui non habeat qualitates in bulla constitutionis requisitas et sit natus et educatus in provinciis in d. bulla expressis, confirmat.
R. ap. S. M. M. IV Mart. 1675 P. an. V.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide I.* 452.

58. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Clem. X, petente Alphonso de Alarcos presb. S. I. et procuratore prov. Hisp. et Indiar. Occ. d. S., alumnis seminariorum S. Fidei et Quiten. civitatum, quae a Limana universitate 1500 et 900 milliar. distant, concedit ut gradus suscipere valeant, servata tamen forma litter. Greg. XIII pro alumnis sem. Romani.
R. ap. S. M. M. XVII Apr. 1675 P. an. V.

*Reg. bull. VI.* 226 b. — *Fund. Novi Regni.*

59. *Religionis zelus.* - Clem. X Antonio Vieyra lusitano presb. reg. S. I. ex Urbe ob valetudinem et graves annos reverti in patriam intendenti, concedit exemptionem a iurisd. Inquisitionis lusitanicae.
R. ap. S. M. M. XVII Apr. 1675 P. an. V.

*Bull. Rom.* *Reg. bull. VI.* 227 b.

60. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Clem. X statuit ut qui convictores recipiuntur in collegiis pontificiis Anglorum, Graecorum, Maronitarum, Scotorum et Hibernorum de Urbe, curae S. I.

commissis, alumnis ipsorum collegiorum in victu, vestitu totaque disciplina domestica se conforment, alioquin dimittantur.
R. ap. S. M. M. XXIII Aug. 1675 P. an. VI.

*Bull. Rom.* — *Bull. de propag. fide I.* 464. *Reg. bull. VI.* 229.

61. A. P. R. M. *Cum dudum fel. rec.* - Clem. X statuit professos S. I. qui de Praep. Gen. licentia ad alium ordinem transierint, inde post emissam professionem exire aut denuo ad alium ordinem, Carthusiensi excepto, transire non posse.
R. ap. S. M. M. XVI Sept. 1675 P. an. VI.

*Bull. Rom.* — *Nov. bull. S. I.* 198. *Reg. bull. VI.* 230.

62. *Ex iniuncto desuper.* - Clem. X, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, V id. Maii, petentibus capit. et canon. eccl. Florentin., mandat primicerio eccl. Praten. et vic. gen. episcopi Praten. ut concedant licentiam vendendi presbyteris S. I. quasdam domos et domunculas cum pertinentiis iuxta eccl. S. M. a Grignano nunc. in civ. Praten. sitas, valoris in propr. 2000 sc. flor., redd. annui 60 sc.. pro pretio 2300 sc. et recognitione unius candelae 6 unciarum singulis decennis.
R. ap. S. M. M. VII kal. Nov. 1675 P. an. IV.

*Reg. bull. VI.* 232 b.

63. *Coelestium munerum.* - Clementis X indulg. pro missionibus S. I. ad septennium (Cfr. Alex. VII. n. 67).
1 Febr. 1676.

*Elench. bull.*

64. *Ad augendam.* - Clementis X indulg. pro oratione 40 hor. in quinquagesima (Cfr. Clem. IX n. 14).
16 Mart. 1676.

*Elench. bull.*

65. Facultates concessae a SS. D. N. Clemente div. pr. PP. X P. Ludovico de Carmago (Camargo) S. I. super. miss. eiusd. S. in prov. foederatis Flandriae - In Congr. gen. S. R. et U. Inq. habita in pal. apostol. ap. S. M. M. SS. D. N... Belgii foederatis. Ad trien-

nium proximum cum praed. conditionibus. - Fr. Card. Barberinus. F. Riccardus Not.

f. V. d. 19 Iun. 1676.

Nota. Referente Card. Barberino... Castorien. (ut supra n. 37).

*Reg. bull. VI.* 233.

66. Congr. S. Rit. - Lusitaniae S. I. In provinciis huius assistentiae conceditur off. vot. S. Ignatii, ut in Hisp. 5 Ian. 1673. (cfr. n. 39).

29 Ian. 1676.

*Anal. Iur. Pont. VIII*, 2032.

# INNOCENTII XI.

Innocentius XI, Novocomensis, Benedictus Odescalchi, Diac. Card. tit. SS. Cosmae et Damiani, dein Presb. Card. tit. S. Onûphrii, electus XXI Sept. coronatus IV Oct. 1676, obiit XII Aug. 1689.

P. Martinum de Esparza S. Pœnitentiariae theologum, eumdemque episcoporum, ac Iosephum Mariam Requesens ordinandorum examinatores fecit. PP. Thyrso Gonzalez et Nicolao Mariae Pallavicino, illustribus theologis, sacram etiam purpuram destinaverat.

18 Iun. 1680, tria opuscula damnavit anonymi iansenistae Patres S. I. damnatarum pridem ab Innocentio ipso 65 propositionum auctores facientis. Michaelem de Molinos haeresiarcham a PP. Paulo Segnero, Gothardo Belluomo, Dominico Brunaccio et Ioanne Antonio Caprino, voce et calamo exagitatum, edita 3 Sept. 1687 bulla *Caelestis Pastor*, condemnavit. Segneriana *Concordia laboris et quietis* ex albo librorum prohibitorum expuncta.

Anno 1688 tres a Xiamensi rege legatos excipiens, Patres S. I. eo in regno Evangelii praecones Regi per illos impense commendavit.

---

22. Cong. sac. rit. - Sinarum. Ad humillimas preces P. Ant. Thomas S. I. et vice-prov. Sinensis moderatoris.. Congr. indulsit... officium S. Iosephi, patroni primarii missionis, semel in mense, sub ritu semiduplici. — G. Card. Carpineus, B. Inghirami Secr.
Die 13 Sept. 1704.
*Nota.* 2 Febr. 1705 fuit propositum S. D. Nro quod non constet quando S. Iosephus pro patrono primario iamdudum electus a missionariis Sinicis, pro tali confirmatus fuerit a S. Congr. rit. adeoque rogata S. S.... v. v. oraculo electionem ratam habuit — H. Oliverius e S. I.

*Reg. bull. VII.* 93

23. Decretum SS. D. N. Clementis XI, confirmantis in congr. gen. S. Inquisitionis responsa d. Congr. ad quaesita in causa rituum

Sinensium super mandato 26 Mart 1693 Caroli Maigrot Vic. ap. Fokiensis (de Dei nominibus, de tabellis in ecclesiis appendi solitis, de oblationibus,.de tabellis defunctorum, de cultu Confucii, de librorum quorumdam expositione). Auditis episcopis Beryten. et Rosalien. et Fr. Noel ac Gasp. Castner S. I. mandat Carolo Th. de Tournon patriarchae Antiocheno commissario et visit. apost. in Sinarum regno transmitti responsa, ab omnibus missionariis cuiusc. Ordinis etiam S. I. observanda.
XX Nov. 1704.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide II.* 236.

24. A. F. R M *Omnium saluti.* Clem. XI altare privilegiatum in ecclesia S. Iosephi civ. Pekinensis erigit.
R. ap. S. M. M. XXVIII Nov. 1704 P. an. IV.

*Reg. bull. VII.* 91.

25. Facultates concessae.. P. Nicolao Bazzire S. I. superiori missionum eiusdem Soc. in Syria (*formula impressa in*-4). – In congr. gen. S. R. et U. I. ... S. D. N. concessit P. Nicolao Bozzire... suprad. facultates ad quadriennium – G. Card. Marescottus. Ios. Bartolus not.
F. 5. die 4 Dec. 1704.

*Reg. bull. VII.* 92.

26. Facultates concessae ... P. Carolo Lemayre S. I. superiori missonum eiusd. Soc. in insulis maris Aegei (*form. eadem*) aliisque orientis partibus. — In Congr. gen. ... Car. Lemayre...
F. 5 die 4 Dec. 1704.

*Reg. bull. VII.* 92.

27. A. F. R. M. *Cum sicut venerabilis.* – Clem. XI, exponente archiepõ Manilanen., fratres O. Praed., minores S. Fr. de observ., eremitas S. Aug. necnon cler. seu presb reg. S. I. in 700 suis ecclesiis seu, ut vocant, doctrinis, ius visitationis, in iis quae curam animarum et sacram. admin. concernunt, agnoscere nec doctrinas dimittere posse decernit.
R. ap. S. S. P. XXX Ian. 1705 P. an. V.

*Bull. de pr. f. II.* 237.

28. In congr. gen. S. R. et U. I. ... relata instantia. ... P. Iacobi Gombauld. praef. miss. S. I. in America meridionali S. D. N. ... renovavit... ad aliud septennium - Ios. Bartolus, not.
F. 5 die 19 Feb. 1705.

*Reg. bull. VII.* 94.

29. *Con edificazione.* - G. Card. Sacripante, praef. Congr. Macario et Abdelmesich aliisque sacerdotibus et diaconis catholicis coftis, nomine S. Pontificis et Congr. gratulatur de litteris quibus studium reunionis cum ecclesia romana significaverunt et pontificiam benedictionem communicat.
10 Luglio 1705.

*Reg. bull. VII.* 96.

30. *Redeunti in illas partes.* - Clem. XI Ioanni patr. Alexandrino ritus graeci, redeunte Abrahimo de Anna eius legato, gratulatur propter humanitatis officia quibus excepit ac fovit missionarios apostolicos et praesertim religiosos viros S. I. quorum opera iuventutem institui permisit, neminem catholicam fidem amplecti impediens.
X Iul. 1705 P. an. V.

*Clementis XI.. epistolae et brevia.* 1727. *Reg. bull. VII.* 98.

31. Cong. S. Conc. - Decretum in Neapolitana, negans praestationem congruae et alimentorum Nicolao de Laurentiis dimisso e S. I.
8 Aug. 1705.

*Elench. bull.*

32. A. F. R. M. *Ut dilecti filii.* - Clem. XI presbyteris regularibus S. I. in Martinicae, Guadalupae, SS. Christophori, Dominici et Vincentii, ac Caiennae cum locis adiacentibus Ludovici Franc. regis subiectis, necnon Marigallensis insulis, facultatem dispensandi cum nigritis neophytis in quovis gradu a iure divino non prohibito primo tantum excepto, concedit ad 20 annos, donec aliquis episcopus constituatur.
R. ap. S. M. M. XI Aug. 1705 P. an. V.

*Ex typ. cam. apost.* *Reg. bull. VII.* 97.

33. Cong. sac. rit. – Tusculana. Super controversia de ingressu parochi in ecclesiam S. I. occasione funerum, cum stola et cruce.
22 Aug. 1705.

*Gardellini*, 3731.

34. *Inficiari non possumus.* – Clem. XI Inghelberto Biscoff S. I. Caes. maiest. confessario dolorem suum significat quod Iosephus Rom. rex, alienum a se Pontificis animum ex actis existimans Nuntium S. S. ab aula dimiserit et oratorem suum ab Urbe revocaverit; hortatur revocet Caes. maiest. ab hoc dissidio, bonis luctuoso, fidei hostibus grato et solatium per conciliatam eius voluntatem curis pontificiis paret.
XXX Aug. 1705 P. an. VI.

*Clem. XI.. epistolae.*

35. *Lae ati sumus.* – Clem. XI sculteto, laudamannis et senatui 5 ex 8 pagis helv. catholicis, Lucernae, Uraniae, Subsilvaniae, Svitii et Tugii gratulatur fructum ex missionibus apostolicis Fulvii Fontana S. I. et auxilium ei praestitum: quae eorum nomine d. Fulvius proposuit circa Turegum et Rapersuilam (Appenzell ?) pro dilatanda fide, a Fabricio Card. Spada fusius sibi exponi gratum erit.
R. ap S. P. XXX Dec. 1705 P. an. VI.

*Clem. XI.. epistolae.*

36. Resolutio SS. Domini P. Clem. XI in congr. gen. S. Inquisitionis. Relatis decreto 23 Iun. 1704 Caroli Th. de Tournon, patriarch. Antioch. Visit. apostolici, eiusque litteris 9 et 10 Iul. dicit rescribendum esse commendando eius prudentiam et zelum, et quod exacte servari debet eius decretum, donec aliter a Sede Ap. provisum fuerit, postquam eos audierit qui aliquid adversus d. decretum afferendum habuerint. Mandat reassumi omnia circa ritus malabaricos ad S. Sedem delata et quaestionem de Pareas separatim examinari.
VII Ian. 1706.

*Bull. de propag. fide III.* 171.

37. *Commendavimus anno elapso.* – Clem. XI Philippo Hisp. regi catholico gratulatur negotium expeditionis sacrae ad novas insulas Oceani Sinici, anno elapso per Andr. Serranum S. I. e Phi-

lippinis reducem commendatae et nunc, eodem referente, a rege provectae ; confidere se ea quae idem religiosus vir provinciae suae nomine expetere isthic debet, regis auctoritate perficienda esse.
R. XXX Apr. 1706 P. an. VI.

*Clem. XI. epist.*

38. S. Congr. Conc. - Melevitana seminarii. An sit reintegrandum ad beneficia alias sibi unita et ad contributiones et emolumenta collegio S. I. applicata in casu. - ℟ Aff. pro nunc quoad 4 benef. primo loco unita.
31 Iul. 1706.

*Anal. Iur. Pont. IX.* 624.

39. *Inter tot curas.* - Clem. XI Carolo Th. Patriarchae Antiocheno in Sinarum ac aliis Ind. Or. partibus Visitatori apostolico gaudium suum significat ex litteris 20 Sept. e Xao-cen-fu datis perceptum, quibus nuntiat se a fidelibus istis et ab optimatibus istius imperii insueta devotionis et honoris significatione fuisse receptum, ad imperatoris aulam parato sibi aditu per religiosos S. I. qui magno in id studio incubuerunt.
1 Ian. 1707.

*Clem. XI. epist.*

40. *Paucis tibi exponimus.* - Clem. XI Inghilberto Biscoff S. I. Caes. maiest. confessario dolorem suum significat quod haeretici qui in Italia non exiguam caesarei exercitus partem conficiunt, inficere fideles parant ; monitam de his fuisse Caes. maiestatem ; commendat ut dignam suo loco, in hac causa, impendat operam.
R. XXII Ian. 1707. P. an. VII.

*Clem. XI. epist.*

41. Facultates concessae. In solita audientia per R. D. Assessorem S. Off... habita, relata instantia... P. Ioannis de Bruyn S. I. praef. missionum in Prov. Belgii foederatis, S. S. renovavit facultates... ad aliud triennium. (Cfr. n. 21) - Ios. Bartolus, not.
F. 4 die 23 Mart. 1707.

*Reg. bull. VII.* 101.

42. *In supremo apost. dignitatis.* - Clem. XI, petente procuratore S. I. Chinarum Indiarumque orientalium missionum, mandat

officiali episcopi Trecen. ut in prioratum, cura conventuque carentem, S. Petri de Villenauxe ord. can. reg. S. Aug. Trecen. dioec., a monasterio S. Quintini d. Ord. Belvacen. dioec. dependentem, extinguat post obitum Odonis Iac. Brunet presb. commendatarii, et collegio Claromontano Ludovici magni nuncupato S. I. Parisiensi uniat; fructus (24 duc.) dd. missionibus promovendis et 2 catechistis ibi manutenendis impendentur, dempta tamen ex fructibus summa 650 libr. turonensium, duabus sororibus S. Lazari seu charitatis quotannis solvenda quae puellas in d. oppido instruant et aegrotos pauperes adiuvent.
R. ap. S. M. M. id. Iul. 1707 P. an. VII.

*Nota.* 15 Iul. 1707 Franciscus de Mornay Monchereul, abbas commend. S. Quintini per procuratorem suum Mich Ang. de la Chausse consensit.

*Reg. bull. VII.* 102.

43. *Cum fel. rec.* - Clem. XI ind. plen. pro communione generali in eccl. S. I. concedit ad 15 annos (Cfr. Inn. XII n. 6).
XIII Aug. 1707.

*Elench. bull.*

44. *Ad augendam.* - Clem XI ind. plen. die 13 Novembris in domibus professis Neapolit. Panorm. Mediol. Valentin. Hispalen. Calaritan. Parisien. Burdigal. Viennen. Antwerpien. Cracovien. Warsovien. Goana et Mexicana, in nonnullis coll. et domibus prob. concedit ad septennium. (Cfr. Inn. XII, n. 9).
XIII Aug. 1707.

*Elench. bull. — Bullae.*

45. *Non facile explicare.* - Clem. XI potentissimo ac magno domino Czari et magno Duci Petro... gaudium suum significat quod per Ducem Borisium Kurakinum ante aliquot menses Romam ablegatum certior factus est fore ut liberum ac publicum Rom. religionis exercitium in ditione eius permittatur, in civitate Moscua conventus cappucinorum, domus et gymnasia S. I. fundentur et transitus missionariis ad Sinarum imperium concedatur; publicis et congruis significationibus declarabit gaudium cum documenta ad manus suas pervenerint.
R. ap. S. M. M. XVIII Oct. 1707 P. an. VI.

*Clem. XI. epist.*

46. *Etsi credere par sit.* - Clem. XI Inghelberto Biscoff S. I. Caes. maiest. confessario stimulos admovet ut adsit maiestati ne invalescant eorum consilia qui contendant expedire oblatam a Principe acatholico pecuniae summam mutuo accipere ea conditione ut ei vicissim oppignorentur terrae et proventus ecclesiae Hildesiensis.
R. ap. S. P. XXV Febr. 1708 P. an. VIII.

*Clem. XI. epist.*

47. *Etsi ad necessariam.* - Clem. XI Inghelberto Biscoff S. I. Caes. maiest. confessario denuntiandum ducit periculum animae Caesaris, si tamen, ipso iubente aut conscio, aperte nunc vis ecclesiasticae ditioni a militibus eius illata sit, monetque ut umbras malorum hominum opera menti illius offusas discutiat.
R. II Iun. 1708 P. an. VIII.

*Clem. XI. epist.*

48. *Praesidium aliquod* - Clem. XI Inghelberto Biscoff S. I. Caes. maiest. confessario denuntiat pericula in quibus versantur catholici in ditione marchionis Brandeburgensis ex causa denegati administro eiusdem marchionis in civitate Coloniensi exercitii reprobatae sectae calvinianae, monetque ut eorum causam peroret apud Caes. maiestatem.
R. XIV Iul. 1708 P. an VIII.

*Clem. XI epist.*

49. Facultates concessae... P. Aegidio Antonio Sauvage S. I. praef. miss. eiusd. Ord. in Syria (cfr. n. 25) - In congr. gen. S. R. et U. I... S. D. N. concessit... facultates ad quadriennium. - G. Card. Marescottus, Ios. Bartolus not.
F. 5 die 2 Aug. 1708.

*Reg. bull. VII.* 108.

50. A. F. R. M. *Animarum saluti.* - Clem. XI, petente Mich. Ang. Tamburini S. I. Praep. Gen. renovat indulgentias et privilegia pro Indiis ab Alex. VIII concessas ad 20 annos. (Cfr. Alex. VIII, n. 4).
XXII Sept. 1708.

*Bull. de prop. fide II.* 258, *Hernaes, III*, 64. *Elench. bull.*

51. *Ad augendam.* - Clem. XI Christifidelibus cappellam sub invoc. B. M. V. de Strada nunc. in eccl. SS. Nom. Iesu domus prof. cler. reg. S. I. de Urbe visitantibus die festo conceptionis eiusdem B. M. V. Immaculatae et communicantibus plen. ind. concedit. Perpetuo valituris.
R. ap. S. P. IV Dec. 1708 P. an. VIII.

*Reg. bull. VII.* 109.

52. *Dominantium Dominus.* - Clem. XI mandat officiali episcopi Foroiulien. ut non obstante reclamatione capituli eccles. saecularis et collegiatae de Rignans dioec. Foroiulien. cui per breve ad episcopum Foroiulien. 22 Ianuar. anni 1707, P. an. VII responsum est, fructus et proventus praepos
iturae d. ecclesiae vac. per obitum Hieronymi le Pelletier applicet moderno seminario navali maritimo in civitate Tolonensi a presbyteris S. I. directo, dignitate et iuribus praepositurae ad decanum secundum d. ecclesiae dignitarium translatis.
R. ap. S. P. XV kal. Mart. 1708 P. an. IX.

*Fund. prov. Lugd. Miscell.*

53. *In apost. dignitatis solio.* - Clem. XI, petentibus Ioseph Benito de Laucos Noboa Castro y Andrada et Maria Theresia Taboada Castro y Villamarin, coniugibus et comitibus de Mazeda et Taboada, ac Sebastiano Suanez, presb. S. I. rectore collegii d. S. in civitate Auriensi, mandat officiali episcopi Aurien. ut cum d. collegio a 70 annis incœpto, in quo vix septem presbyteri redditibus sustentari valent, uniat ecclesias parochiales S. Christophori de Souso et S. M. de Corvillon d. dioec., vicaria perpetua inibi instituta, iuxta instrumentum publicum cui ab Augustino Dabbal notario sive scribano loci de Ponte Vedra 25 Aug. 1705 rogati dd. patroni consenserunt. Fr. 128 et 172 duc. auri de camera.
R. ap. S. P. III non. Apr. 1709 P. an. IX

*Reg. bull. VII.* 110-120.

54. *Ad augendam.* - Clem. XI concedit indulgentias pro oratione 40 hor. in eccl. S. I. ad septennium (Cfr. n. 14)
V Iul. 1709.

*Elench. bull.*

**55**. *Coelestium munerum*. - Clem. XI ind. pro missionibus S. I. concedit ad septennium (Cfr. n. 13).
VI Iul. 1709.

*Elench. bull.*

**56**. In solita audientia ... relata instantia ... F. Caroli Lemayre S. I. superioris missionum d. S. in insulis Maris Aegei aliisque orientis partibus, S. S... renovavit ad aliud quadriennium. (Cfr. n. 26) - I. Bartolus not.
F. 5 die 9 Oct. 1709.

*Reg. bull. VII.* 112

**57**. In congr. gen. S. R. et U. I .. S. D. N... concessit P. Benedicto Sulpitio Langlade S. I. sup. miss in Armenia et in Perside.. facultates ad septennium - G. Card. Marescottus, Ios. Bartolus not. (Cfr. n. 9).
F. 5 die 12 Dec. 1709.

*Reg. bull. VII.* 121.

**58**. S. Congr. de prop. fide. - Decretum. Referente Silvio de Cavaleriis secr., praefectus miss. in prov. Belgii fœderatis declaratur P. Franc. Fimbry. (Cfr. n. 41).
23 Iun. 1710.

*Reg. bull. VII.* 122.

**59**. S. Cong. Conc - Melevitana seminarii. An sit standum decisis 31 Iul. 1706 et an sit sem. reintegrandum ad alia 4 beneficia. ℟. ad 1. In decisis. Ad 2. Negative et amplius.
2 Aug. 1718.

*Anal. Iur. Pont. t. IX,* 624

**60**. *Cum nobis omnino*. - Clem. XI Michaeli de Tellier S. I. christ. regis confessario confidit ut in causa Card. Bullonii rex revocet quae a curia parlamenti aliisque laicis magistratibus adversus ecclesiae iura acta sunt.
R. ap. S. M. M. III Aug. 1710 P. an. X.

*Clem. XI. epistolae.*

**61**. Decretum SS. D. N. Clementis XI in congr. gen. S. Inqui-

sitionis responsa sua 20 Nov. 1704 et decretum Card. de Tournon 25 Iau. 1707 confirmantis, vetantis quidquam edi de ritibus Sinicis sine licentia S. Sedis.
XXV Sept. 1710.

*Bull. de pr. f. II* 281 (1).

62. Congr. s. rit. et ind. - Responsum ad P. Cavarrubias S. I. procuratorem gen. missionum Ind. occid. An PP. S. I. qui bullam cruciatae non susceperunt et in iis locis immorantur in quibus eadem bulla publicatur, lucrari possint alias indulgentias sibi a S. Sede concessas ? - Aff. et ad mentem.
17 Dec. 1710.

*Bullae.*

63. *Fraternitatis tuae.* - Clem. XI Claudio Visdelou pr. S. I. per Card. Car. Th. Maillard de Tournon in episcopum Claudiopolitanum sub praecepto obedientiae electo ac Vicario apost. provinciae Quei-cheu in Sinis constituto significat confirmationem et validationem apostolicam.
R. ap. S. P. XV Mart. 1711 P. an. XI.

*Bull. de pr. f. II* 291.

64. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Clem. XI decretum Card. Caroli Th. Maillard de Tournon, commissarii et Visitat. Ap. Sinarum Machai datum d. 3 Iul. 1708, quo missiones Sinicas ingredi vel obire sine licentia vetatur missionarius vel presbyter quilibet sive saecul. sive regul. cuiuscumque Ord. etiam S. I., confirmat et extendit ad commissarii successores.
R. ap. S. P. XV Mart. 1711 P. an. XI.

*Bull. Rom. — Bull. de pr. f. II* 283.

65. *Ex iis quae dilectus.* - Clem. XI Claudio Visdelou episcopo Claudiopolitano S. I. confirmat praefectionem a Card. Carolo de Tournon in eius persona factam in episcopum eccl. Claudiopolitanae et eius deputationem in Vicarium apost. prov. Kueycheu in regno Sinarum ; ex eius litteris 12 feb. 1710 Pudecherii datis liben-

(1) p. 280 *literae* 4 *Generalium Ordd. relig.* 18 Oct. 1710.

ter accepit de invicta fortitudine, apostolico zelo et virtutibus d. Cardinalis ; hortatur ut pios eius conatus iuvet.
R. ap. S. M. M. XXV Iul. 1711 P. an. XI.

*Clem. XI. epist.*

66. Cong. s. rit. - Prov. Galliae S. I. Cum officium S. Remigii sit duplex minus in Gallia et sequens dies sit fest. SS. Angel. pariter dupl. min., fiant vesp. de seq. cum comm. praec.
22 Aug. 1711.

*Gardellini*, 3842.

67. Cong. s. rit. et ind. - Responsum ad episcopum Regien. An alumnis seminarii, qui scholis et congregationibus collegii S. I. minime intersunt concedi possint indulgentiae d. congr. - Ñeg.
16 Nov. 1711.

*Bullae.*

68. *Inter alia multa.* - Clem. XI Carolo Hisp. regi cath. Hung. et Bohem. regi illustri in R. Imp. electo commendat seminarium Lincii in Austria pro regionibus septemtr. a Iosepho fratre eius susceptum nec perfectum ; qua de re audire velit Ioann. Galdenblad S. I. sacerdotem eiusque desiderio satisfacere.
R. ap. S. P. XVI Ian. 1712 P. an. XII.

*Clem. XI. epist.*

69. *Plurimis atque praeclaris.* - Clem. XI Eleonorae Magd. Theresiae Hung. et Boh. reginae illustri commendat ut Andream Galdenblad S. I. de necessitatibus seminarii Lincii exponentem benigne audiat.
R. ap. S. P. XVI Ian. 1712 P. an. XII.

*Ib.*

70. In congr. gen. S. R. et U. I.... S. D. N. concessit F. Ioanni Barsè S. I. sup. miss. d. S. in Syria facultates ad quadriennium. (form. 4. cfr. n. 49) - G. Card. Marescottus, I. Bartolus not.
F. 5 die 21 Ian 1712.

*Reg. bull. VII* 122.

71. Clem. XI decretum in causa Viennen. in Gallia beatifica-

tionis seu canonizat. ven. servi Dei Ioannis Francisci Regis, presb. S. I. super dubio de virtutibus 15 Mart. proposito. Respondet affirm.
27 Mart. 1712.

*Relatio actorum beatif. B. I. Fr. Romae*, 1717 p. 11.

**72**. *Credere omnino*. – Clem. XI Petro Rubinet S. I. Philippi regis Hisp catholici confessario querelas exponit de Apost. suo Nuntio extra regni fines eiecto, de regularibus ab obedientia erga Generales in Urbe interdictis, de hispanis Urbem deserere iussis, de litteris apostolicis laicorum officialium examini subiectis etc. eumque interpellat ut ministerii sui memor, cum maxime opus est monitore, non taceat.
R. ap. S. P. II Apr. 1712 P. an. XII.

*Clem. XI. epistolae.*

**73**. *Delata nuper*. – Clem. XI Ludovico de Andrada S. I. missionario in Indiis Occid., ad postulationem eius et plurium episcoporum ut facultas dispensandi in gradibus a iure vetitis ad certum tempus ipsis attributa, ad primum gr. affinitatis amplietur, significat sententiam congr. S. Inquisitionis observandas esse literas 30 Maii 1700, 2 et 29 Apr. ac 11 Iun. 1701.
R. ap. S. P. IX Apr. 1712 P. an. XII.

*Bull. de pr. f. II.* 276.

**74**. Congr. s. rit. et ind. – Congr. scholarium coll. S. Hieron. S. I. Genuen. sub tit. Imm. Conc. non habens sacellum proprium, cupit in eccl. d. collegii quamvis altare quoddam ibi iam sit privilegiatum, habere altare privilegiatum suum pro confratribus et eorum parentibus. – In audientia SS. annuit pro gratia in forma consueta.
18 Apr. 1712.

*Bullae.*

**75**. S. Congr. de prop. fide. – Decretum. Referente Silvio de Cavaleriis secr., praef. miss. S. I. in America meridionali ad aliud septennium confirmatur P. Petrus Combaud d. S (Cfr. n. 28) — Ios. Card. Sacripantes praef., S. de Cav. secr.
30 Maii 1712.

*Reg. bull. VII.* 123.

76. Congr. s. rit. et ind. - Patribus S. I. collegii SS. Trin. Lugduni indulgentiam, in festo S. Gabini mart. cuius maior pars corporis requiescit in cappella ecclesiae, a 7 annis concessam renovari petentibus — S. S. in aud. benigne annuit pro gratia iuxta petita.
22 Iun. 1712.

*Bullae.*

77. In congr. gen. S. R et U. I.... S. D. N. concessit supradictas facultates (form. impr. in-8 n. 58.) P. Gaspari de Champs S. I. praefecto miss. in prov. Belgii foederatis ad triennium... — G. Card. Marescottus, Ios. Bartolus not.
F. 5 die 18 Aug. 1712.

*Reg. bull. VII.* 123.

78 *Non sine gravi.* - Clem. episcopo Meliapuren. et caeteris istarum partium antistitibus veritatem contra falsum rumorem decretum Card. de Tournon 23 Iun. 1704 abrogatum et ritus permissos fuisse innotescere cupiens, coniuncta folia mittit, ex quibus intelligent quaenam sit sua mens, donec aliter decernatur.
R. ap. S. M. M. XVII Sept. 1712 P. an. XII.

*Bull. de propag. fide III.* 171.

79. *La maggior consolazione.* - Clem. XI Ioan. Bapt. Salerno S. I. significat consolationem ex eius ad Card. Albanum litteris de Principis electoralis Saxoniae conversione perceptam, cupitque Principem amplexari.
R. ap. S. P. XXVI Nov. 1712 P. an. XII.

*Clem. XI. . epist.*

80. *Scriptis regi christianissimo.* - Clem. XI Michaeli Le Tellier S. I. christ. regis confessario exponit quae in causa Emmanuelis Theodosii Card. Bullonii a saeculari potestate perperam attentata sunt, petitque ut pro Instituti suique officii munere regem excitet ad reverentiae in Ecclesiam et S. Sedem argumenta.
R. III Dec. 1712.

*Clem. XI... epist.*

81. Congr. s. rit. et ind. - Patribus S. I. Liburnen. petentibus ind. plen. pro communione gen. ultimo die festo mensis cuiusque

in sacello D. N. del buon viaggio a nautis celebrari solita — S. S. in aud. benigne annuit pro gr. ad septennium.
3 Iul. 1713.
*Nota.* Renovata 18 Iun. 1720.

*Bullae.*

82. Congr. s. rit. et ind. - Patribus S. I. Messanen. petentibus ind. plen. pro comm. gen. in carceribus dell' Albugaria e del Palazzo, ad septennium iam concessam — S. S. in aud. annuit pro confirmatione ad aliud septennium.
3 Iul. 1713.

*Bullae.*

83. *Ea est operosa.* - Clem. XI, petentibus rectore et presbyteris coll. S. I. Saonensis, mandat episcopo Saonen. ut cum d. collegio uniat ecclesiam parochialem, praeposituram nunc. S. Andreae, a Nic. Galesio resignatam, ecclesiae d. collegii contiguam, augustam, in suis limitibus parochialibus per spatium unius milliarii extra moenia erga montes Valoriae extensam, in qua confraternitas SS. Sacramenti reperitur, - et parochianorum curam et d. confraternitatem ad ecclesiam conventus fr. Eremitarum O. S. Aug. congreg. Lombardiae transferat. Fr. 30, cum incertis 100 duc.
R. ap. S. M. M. VII kal. Apr. 1712 P. an. XIV.

*Reg. bull. VII.* 124 b.

84. Facultates concessae... P. Iacobo Portier S. I. sup. miss. eiusd. S. in insulis Maris Aegei aliisque Orientis partibus. - In solita audientia... ad quadriennium. (Cfr. n. 56). - I. Card. Spada, I. Bartolus not.
F. 4 die 15 Aug. 1714.

*Reg. bull. VII.* 124.

85. *Exponi nobis nuper fecit.* - Clem. XI ad preces Ioan. Bapt. tit. S. Stephani in Monte Coelio presb. Card. Ptolemei nuncupati, abbatis commendatarii moderni abbatiae saecularis aut regularis conventu et cura carentis S. Petri de Gazolo nuncupatae Mantuan. dioec. hanc abbatiam tribuit collegio S. I. Mantuano in usum et habitationem propriam vacationum tempore et convales-

centium commodo, cum ab urbe Mantuana 5 milliaria tantum distet, cum onere ecclesiam reficiendi aedificia restaurandi et annuatim canonem d. Eminen. commendatario solvendi per formam emphyteusis.
R. ap. S. M. M. VIII kal. Mart. 1714 P. an. XV.

*Fund. Venet. t. V. Mantuan.*

86. A. F. R. M. *Ex illa die qua.* - Clem. XI decreta de ritibus Sinicis 20 Nov. 1704, 25 Sept. 1710 data confirmat et missionarios quoscumque etiam S. I. ea observare ac iuramentum (insertum) super ea re praestare iubet.
R. ap. S. M. M. XIX Mart. 1715 P. an. XV.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide II,* 306.

87. A. P. R. M. *Pastoralis officii cura.* - Clem. XI collegium seu seminarium S. I., post continua missionariorum d. S. in septentrione vota, sub tit. 3 SS. regum et mart. Erici, Canuti et Olai, in opp. capitali superioris Austriae nunc. Lincio Passavien. dioec. a Iosepho et Carolo imperatoribus electis fundatum, ad iuventutem ex Suecia, Dania et Norvegia pura ac catholica doctrina imbuendam, apost. auctoritate confirmat, varias rectori et superioribus d. collegii facultates impertit.
R. ap. S. M. M. XII Iun. 1715 P. an. XV.

*Bull. de propag. fide. II.* 310. *Fund. pr. Austr. t. I.*

88. S. Congr. de prop. fide - Decretum. Referente Silvio de Cavaleriis archiep. Athenarum secr. praefectus missionum PP. S. I. in prov. Belgii foeder. ad triennium declaratur P. Isaacus de Bruyn.. (Cfr. n. 77.) - Ios. Card. Sacripantes praef., S. arch. Athen. electus.
12 Nov. 1715.

*Reg. bull. VII.* 125.

89. In congr. gen. S. R. et U. I. ... relata instantia.... P. Ioannis Barsè S. I. sup. miss. in Syria... S. D. N.. renovavit facultates, ad aliud quadriennium. (Cfr. n. 70.) — Ios. Bartolus, not.
F. 5 die 14 Nov. 1715.

*Reg. bull. VII.* 124.

90. In particulari audientia data assessori S. Off. P. Isaaco de

Bruyn S. I. praef. miss. d. S. in prov. Belgii fœderatis in Hollandia, concessit S. D. N. facultates ad triennium. — F. Card. Spada, I. Bartolus not.
F. 5 die 21 Nov. 1715.

*Reg. bull. VII.* 126.

**91.** *Etsi multiplices.* - Clem. XI Gulielmo Daubenton Philippi regis Hisp. cath. confessario calamitatem a Turcarum tyranno instantem exponit, petitque ut preces, quibus a Philippo rege cath. valida et expedita subsidia flagitat, iuvare quam enixe velit.
R. XIX Ian. 1716.

*Clem. XI. epist.*

**92.** Congr. s. rit. et ind. - Patribus provinciarum Germaniae petentibus indulgentias, etiam plenarias, pro fidelibus qui solent convenire quotidie vespere ad eliciendum actum contritionis, litanias B. M. V. aliasque preces fundendas - S. C. concedendam censuit ind. quotidian. 100 dierum ad septennium.
28 Ian. 1715.

*Bullae.*

**93.** Clem. XI decretum in causa Viennen. in Gallia beatif. seu canon. ven. servi Dei Ioannis Fr. Regis presb. prof. S. I. super dubio de miraculis octo respondet de duobus affirm. et decretum per litteras apostolicas in forma brevis publicari mandat.
7 Maii 1716.

*Relatio actorum... Roma* 1717 p. 16.

**94.** A. P. R. M. *Viros gloriosos.* - Clem. XI Dei servum Ioannem Fr. Regis sac. prof. S. I. Beati nomine nuncupari ac de eo officium et missam, die 24 Maii, cum dies 31 Dec. qua spiritum Deo reddidit impedita sit, recitari concedit in oppido de Foncouverte Narbonen. dioec., in pago Lalovesci Viennen. dioec. in Delphinatu, in civitate Aniciensi et in universa Societate Iesu ; solemnia beatificationis celebrandi facit potestatem.
R. ap. S. M. M. VIII Maii 1716 P. an. XVI.

*Bull. Rom. — Nov bull. S. I.* 201.

**95.** A. P. R. M. *Nuper pro parte.* - Clem. XI, petente Ber-

nardino Solorzani Proc. gen. prov. S. Ioann. Bapt. O. Praed. regni Peruani, relatis variis decretis circa parochorum ius super funera in ecclesiis regularium, confirmat auctor. apost. decretum Congr. negotiis episcoporum et regul. praepositae, 24 Apr. 1617, quo censetur danda esse decreta alias edita et signanter illud emanatum 6 Maii 1672 ad instantiam Alph. de Alarcos Proc. gen. Hisp. et Ind. S. I.
R. ap. S. M. M. III Iun. 1716 P. an. XVI.

*Nov. bull. S. I.* 203.

96 A. F. R. M. *Cum nos per nostras.* - Clem. XI in solemnibus beatificationis in oppido de Foncouverte Narbonen. dioec., in pago Lalovesci Viennen. dioec., in civ. Anicien. et in universa S. I. celebrandis indulgentiam plen. concedit. Pro unica vice.
R. ap S. M. M. XVI Iun. 1716 P. an. XVI.

*Relatio actorum... Roma,* 1717, p. 33.

97. Cong. S. Rit. - Brixinen. Officium S. Pirmini in eccl. S. I. Oenipontana, si occurrat comm. fid. defunct. 3 Nov., esse transferendum.
11 Iul. 1716.

*Gardellini* 3887.

98. *Cum persuasum.* - Clem. XI episcopo Passavien. gratam fore operam Bernardi Cerronii et Ignatii Grembs S. I. confidit, qui sacras missiones in aliis Germaniae dioecesibus uberi proventu peregerunt easque etiam in eius dioecesi habere peroptant.
R. VII Ian. 1717.

*Clem. XI ... epist.*

99. *Perspectus Fraternitatis.* - Clem. XI Antonio archiepiscopo Salisburgen. commendat ut benigne excipiat et auctoritatis praesidio, ubi res postulet, foveat Bern. Cerroneum et Ign. Grembs S. I. in sacris missionibus habendis.
R. VII Ian. 1717.

*Clem. XI... epist.*

100. *Paternae charitati.* - Clem. XI archiepiscopo Burdigalen., exposita subrepticia provisione qua nonnulla beneficia ecclesiastica collegiorum S. I. istic sibi conferri et occupare studuerunt improbi

homines, iniungit ut Philippo Duci Aurelianensi aliisque mentem S. Pontificis declaret et dd. religiosos ab impia vexatione liberari curet.
R. VI Mart. 1717.

*Clem. XI... epist.*

101. Cong. s. rit. et ind. - Rectoribus collegiorum et domorum S. I. in Gallia petentibus ad septennium ind. plen. 24 Maii pro festo B. Ioannis Franc. Regis, respondit : Gaudeant impetratis.
4 Apr. 1717.

*Bullae.*

102. *Singulari gaudio.* - Clem. XI Czari et magno Duci Petro, universae magnae, parvae et albae Russiae autocratori, qui superioribus annis ducem Borisium Kurakinum ad se cum litteris allegavit, gratum animum promit quod constituerit liberum et publicum rom. religionis exercitium in universa ditione permittere et iam permiserit in civitate Moscua cappucinorum conventum fundari et erigi ecclesiam et donum pro S. I. una cum gymnasiis.
R. XII Maii 1717 P. an. XVII.

*Iul. Pogiani ep. II.* 173. — *Clem. XI epist.*

103. *E' inesplicabile.* - Clem. XI I. Bapt. Salerno S. I. gaudium suum exponit ex eius literis de felice eius in aula Viennensi negotiatione perceptum, de quo a P. Guarino edocebitur.
R. VI Oct. 1717.

*Clem. XI... epist.*

104. *Benche siamo certi.* - Clem. XI Friderico Aug. Saxoniae Duci, Principi regio Poloniae et electorali Saxoniae gaudium suum significat ex litteris P. Salerno de felici negotiorum exitu perceptum ; plura a P. Ignatio Guarini, latore praesentium, cognoscet.
R. ap. S. M. M. VI Oct. 1717.

*Clem. XI epist.*

105. *Niuno meglio di Lei.* - Clem. XI Ioanni. Bapt. Salerno S. I. gaudium suum dicit de facultate publicandi conversionem Principis de Saxonia ; quod 11 huius mensis in consistorio prae-

stabit, praesente cardinali Albano. Nuntiat filio Principis de Starem-berg canonicatum Passavien. collatum iri.
VI Oct. 1717.

*Clem. XI... epist.*

**106**. *Inter caetera cordis*. – Clem. XI ad episcopum Cracovien. scribens, confirmat et approbat concordiam inter presbyteros S. I. oppidi Sandomirien. dioec. Cracovien. ac promotorem fiscalem curiae episcopalis Cracovien. et procuratorem fiscalem regni Poloniae aliosque litis consortes initam circa ecclesiam parochialem SS. Petri et Pauli eique annexam Samborzensem.
R. ap. S. M. M. VIII id. Nov 1717 P. an. XVIII.

*Fund. Polon. IV. Sandomirae.*

**107**. *In ea in qua modo*. – Clem. XI Georgio Tonneman S. I. caes. et cath. maiestatis confessario denuntiat discrimen salutis aeternae pro caes. et cath. maiestate, si tamen ipsa iubente aut conscia, nuntius S. Sedis e Neapol. regno expulsus, abolitum eius tribunal et omnis fere Pontif. iurisdictionis imago deturbata fuit, moneri eam iubet eo quo par est zelo et apostolica libertate.
R. XII Dec. 1717 P. an. XVIII.

*Clem. XI... epist.*

**108**. *Cognita subreptione*. – Clem. XI vicecomiti maiori, scabinis et consilio civitatis Dolae significat se, cognita subreptione qua Simon Rochet prioratum S. Simonis de Motha, a Greg. XIII coll. S. I. Dolensi unitum obtinuit, litterarum apost. eiusmodi provisionis executionem impedivisse ; testatur d. Soc. a se summopere diligi, eiusque iura tueri nunquam intermittant eos hortatur.
R. XIV Dec. 1717 P. an. XVIII.

*Iul. Pogiani ep. II.* 174. — *Clem. XI. epist.*

**109**. S. Cong. episcoporum et reg. – Super fundatione facta per episcopum Zamoren. ; praevia sanatione approbatur sub qualitate purae et simplicis residentiae.
29 Apr. 1718.

*Anal. iur. pontif. VIII* p. 112.

**110**. Congr. s. rit. et ind. – Epõ Brugen. petenti ind. plen. pro

prima communione puerorum quos S. I. ab anno 1570 consuevit sing. diebus tum feriatis tum festivis doctrina christ. imbuere : Aff. ad septennium.
11 Iul 1718.

*Bullae.*

**111.** *Quibus par erat.* - Clem. XI Augusto, Poloniae regi illustri significat eius natum Io. Georgium de Theschen ad Urbem missum ut in seminario Romano litterarum studio excolatur a se exceptum pontificia charitate, fructumque uberrimum sibi pollicetur a praeclara d. Ioannis indole et ab optima disciplina religiosorum virorum S. I. quibus impense commendatus fuit.
R. XXV Nov. 1718 P. an. XVIII.

*Iul. Pogiani ep. II.* 174.

**112.** *Quum nos hodie.* - Clem. XI P. Salerno S. I. presbytero Cardinali creato in virtute sanctae obedientiae praecipit ut consensum praestet, votum de non acceptanda praelatione relaxat.
R. ap. S. M. M. 29 Nov. 1719 P. an. XIX.

*Nilles S. I., Symbolae... p.* 1016.

**113.** A. F. R. M. *Sacri apostolatus.* - Clem. XI, exponente Mich. Ang. Tamburino Praep. Gen. S. I. Gregorium XIII decrevisse ut in Indiis or. et occ. et aliis regionibus extra Europam nemo S. I. post emissa vota ad quemcunque Ordinem nisi de expressa R. Pont. vel Praep Gen. transire posset (inseruntur litterae : *Decet Rom. Pontificem*, 9 kal. Oct. 1579), et nihilominus aliquem nuper, praetextu quod litterae Greg. XIII in bullario S. I. non reperiantur, et quod capitulum *Licet de Regularibus* praevalet, transiisse, dd. Greg. XIII litteras confirmat.
R. ap. S. M. M. I Dec. 1719 P. an. XX.

*Bull. Rom. — Nov. bull. S. I.* 206 — *Hernaes 1,* 644. *Reg bull. VII.* 127.

**114.** Cong. s. rit. et ind. - Patribus bohemis S. I. petentibus renovari ind. plen. ad sept. concessam semel in anno, quolibet die, in eccl. S. I. in Turzan : SS. concessit pro 7 festivitatibus B. M. V. semel. Ad septennium.
4 Dec. 1719.

*Bullae.*

**115**. *Etsi minime vereamur.* - Clem. XI Ioanni Laureati S. I. visitatori in imperio Sinarum, quamvis, ut confidit, obtemperaturo litteris Praep. Generalis Ang. Tamburini 25 Feb. datis, commendat Carolum Ambrosium, patriarcham Alexandrinum, visitatorem apostolicum in Sinarum aliisque orientalium Indiarum regnis, et cupit ut cum eo curet constitutionem de ritibus Sinensibus ante 4 annos datam inconcusse observari.
R. ap. S. M. M. XXIV Feb. 1720 P. an. XX.

*Hernaes, Coleccion III*, 188.

**116**. *Delatum non ita pridem.* - Clem. XI Bernardino episcopo Pekinen. significat auctoritatis pontificiae pondus per decr. Congr. S. R. Inquis. accessisse eius iudicio de libello typis Sinicis impresso : *Informatio* pro veritate contra iniquiorem famam sparsam per Sinas cum calumnia PP. S. I. et detrimento missionis, communicata missionariis in imperio Sinensi anno MDCCXVII.
R. ap. S. M. M. XXVIII Febr. 1720 P. an. XX.

*Bull. de propag. fide II*. 335.

**117**. *Nel punto istesso.* - Clem. XI Carolo Hisp. cath., Hung. et Boh. regi ill., in R. I. electo nuntiat P. Alvarum Cienfuegos S. I. regis precibus instantibus, fuisse in consistorio creatum cardinalem.
R. ap. S. M. M. XXX Sept. 1720.

*Clem. XI... epist.*

**118**. *Etsi diu haesitaverimus.* - Clem XI Alvaro S. R. E. pr. Card. Cienfuegos haesitationem an Caroli regis precibus annuere deberet, exponit ex metu profectam ne novo hoc, iam tertio intra breve tempus, exemplo nimium relaxaretur laudatissimum S. I. Institutum, ad cuius conservationem, iuxta enixam S. Fundatoris mentem interest ut professi extra eam minime retrahantur.
R. ap. S. M. M. VIII Oct. 1720.

*Clem. XI... epist.*

# INNOCENTII XIII.

Innocentius XIII, Romanus, Michael Angelus de Comitibus, presb. Card. tit. SS. Quirici et Iulitae, episcopus Viterbiensis, creatus VIII, coronatus XIX Maii 1721, obiit VII Mart. 1724.

Anno 1721 P. Aloisium Sparaverium S. Poenitentiariae theologum, et anno 1723 P. Dominicum Antonium Briccialdum ordinandorum examinatorem nominavit.

---

1. Congr. s. rit. et ind. - Patribus S. I. polonis et lithuanis petentibus ind. plen. a Clem. XI anno 1710 ad decennium concessam die 13 Nov. si in dominicam inciderit vel sequenti dom. renovari, SS. concessit ad decennium.
12 Iun. 1722.

*Bullae.*

2. *Coelestium munerum.* - Inn. XIII, petente Mich. Ang. Tamburini S. I. Praep. Gen., indulgentiam plen. pro missionibus d. S. concedit. Ad septennium. (Cfr. Cl. XI, n. 55.)
R. ap. S. M. M. XV Dec. 1722 P. an. II.

*Typ. cam. ap.* *Bullae.*

3. *Ad augendam.* - Inn. XIII indulgentiam plen. in eccl. S. I. etiam Mediolanensi, concedit pro oratione 40 horarum. Ad septennium (Cfr. Cl. XI, n. 54).
R. ap. S. M. M. XV Dec. 1722 P. an. II.

*Typ. cam. ap.* *Bullae.*

4. C. S. Rit. - Monopolitana. Super iure celebrandi festum SS. Nom. Iesu I Ian. : Licere, adversus PP. Ord. S. Dom. idem festum celebrantes.
13 Mart. 1723.

*Gardellini* 3958.

5 Cong. s. rit. et ind. - Domui prof. S. I. Ianuensi ind. plen. semel in mense pro exerc. bonae mortis ultima dom. mensis petenti, respondet concedendam ind. 7 ann. et quadr. semel in mense ad septennium.
7 Iun. 1723.

*Bullae.*

# BENEDICTI XIII.

Benedictus XIII. Romanus, fr. Vincentius Maria Ursinus O. Pr., presb. Card. tit. S. Sixti. archiep. Beneventanus, creatus XXIX Maii, coronatus IV Iun. 1724, obiit XXI Feb. 1730.

Duo cardinales S. I. Ptolemei et Salerno eius electioni plurimum suffragati erant, ad quos accessit tertius S. I. cardinalis Cienfuegos.

Anno 1724 P. Ignatium Guarinum sac. rituum congregationis consultorem, et anno 1728 episcoporum examinatorem creavit. Anno 1725, quinque de Societate inter concilii romani theologos adlegit, ac duos peculiaribus quibusdam congregationibus inseruit De P. Dominici Viva aliorumque sociorum libris praeclare sensit, universamque Societatem viris doctis ac solertibus plenam non semel dixit. Beneventanum collegium aere suo, post ruinosos terrae motus, instauratum absolvit ; Societatis collegium unumquodque urbi quam excolit sanctificandae par existimabat ac dicebat ; Germanicum in deliciis habebat.

---

1. A. P. R. M. *Rationi congruit.* - Ben. XIII, adscriptionem B. Franc. Borgiae in SS. numerum, pr. id. Aprilis 1671 a Clem. X celebratam, litteris ab eo et successoribus eius Inn. XI, Alex. VIII, Inn. XII, Clem. XI et Inn. XIII non conscriptis, suum consequi effectum statuit.
R. ap S. P. pr. non Iun. 1724 P. au. I.

*Bull. Rom.* — *Nov. bull. S. I.* 213.

2. Congr. s. rit. et ind. - Patribus Venetis in quorum eccl. S. Barbarae corpus asservatur et festum solemni pompa celebrari consuevit, petentibus ut festum et indulg. S. Franc. Xav. si in primam dom. incidat ad diem non impeditam transferatur - resp. : Pro gratia in perpetuum.
14 Nov. 1724.

*Bullae.*

3. A. P. R. M. *Postulat humilitati.* - Ben. XIII confirmat et ad omnes regularium ordines extendit litteras Alex. IV et Clem. IV vetantium promotos ex FF. Minorum et Praed. ordinibus ad digni-

tates ecclesiasticas secum asportare ulla bona, prohibetque superioribus dare eisdem ad tempus usum librorum aliorumque.
R. ap. S. P. non. Mart. 1725 P. an I.

*Nov. bull. S. I.* 220.

4. A. P. R. M. *Apost. servitutis.* - Ben. XIII in universitatibus, gymnasiis vel collegiis, quae a S. I. reguntur B. Aloysium Gonzagam specialem patronum studiorum et innocentiae concedit.
R. ap. S. P. XXI Iun. 1725 P. an. II.

*Bull. Rom. — Nov. bull. S. I.* 225.

5. Cong. s. rit. et ind. - In eccl. coll. imperialis Madritensis S. I. pro festo S. Aloysii ind. plen. 21 Iun. unica vice concedit.
18 Ian. 1726.

*Bullae.*

6. *Ad augendam fidelium.* - Ben. XIII, supplicante Philippo Hisp. rege catholico, peregrinantibus ad cappellam B. M. V. Lauretanae sitam in coll. S. Gregorii S. I. civit. Mexicanae indulgentiam plen. semel in anno concedit.
R. ap. S. M. M. XXIII Sept. 1726 P. an. III.

*Bull. Rom.*

7. A. P. R. M. *Christianae virtutes.* - Ben. XIII B. Aloysium Gonzagam clericum S. I. sanctorum canoni adscribit.
R. ap. S. P. pr. kal. Ian. 1726 P. an. III.

*Bull. Rom. — Nov. bull. S. I.* 227.

8. A. P. R. M. *Dum Christi voce.* - Ben. XIII B. Stanislaum Kostka S. I. novitium una cum B. Aloysio eiusdem Soc. clerico sanctorum canoni adscribit.
R. ap. S. P. pr. kal. Ian. 1726 P. an. III.

*Bull. Rom. — Nov. bull. S. I.* 232.

9. A. P. R. M. *Pastoralis sollicitudinis nostrae.* - Ben. XIII, petentibus presb. coll. S. I. Brixiensis, confirmat auctor. apost. concessionem, a Carolo S. R. E. dioec. Card. Columna perpetuo monasterii SS. Gerv. et Protasii ord. S. Ben. commendatario dd. presb. factum, sc. usum ecclesiae S. Matthiae sine cura et minime

collativae, d. collegio contiguae et supellectilium sacrorum, pro inibi sodalitium civium piis colloquiis promovendo et pro spir. exercitiis habendis, reservato tamen sibi ac successoribus directo dominio.
R. ap. S. M. M. VIII id. Aug. 1727 P. an. IV.

*Reg. bull. VII. (insertum).*

10. *Ad aures nostras.* - Ben. XIII episc. et missionariis in regnis Ind. Or. Madurensi, Mayssurensi et Carnatensi decretum Caroli Th. de Tournon 23 Iun. 1704 confirmat, decretum quoque de Pareas, ulteriori dilatione remota, servari praecipit.
R. ap. S P. XII Dec. 1727 P. an. IV.

*Bull. de pr. f. III.* 172.

11. A. P. R. M. *Iniuncto nobis.* - Ben. XIII declarat S I. non teneri ad ullam subministrationem congruae sustentationis vel alimentorum illis qui post biennium novitiatus eiiciuntur.
R. ap. S. P. XIV Iun. 1728 P. an. V.

*Bull Rom. — Nov. bull. S. I.* 237.

12. Cong. s. rit. et ind. - Ecclesiae S. Gregorii S. I Mexicanae, in qua cappella iuxta formam s. domus Lauretanae constructa est, petenti communicationem omnium indulg. et privileg. sanct. domus, concedit plenar. ad 15 annos in die Annuntiationis, et 200 dierum quotidie.
7 Oct. 1728.

*Bullae.*

13. Cong. s. rit. et ind. - P. Francisco Nonhardt S. I. pro sodalibus bonae mortis Dresdae ad cappellam regiam a rege Poloniae Saxoniae duce erectam petenti privilegium altaris aliaque, respondendum censet : Pro gratia quoad sodales defunctos.
22 Ian. 1729.

*Bullae.*

14. *Exponi nobis nuper* - Ben. XIII, petentibus presb. S. I. gubernatoribus et magistris almae academiae seu universitatis studiorum civ. Vilnensis, mandat epõ Vilnen. et Sed. Ap. Nuntio in regno Poloniae residenti ut exsequi et observari faciant resolutio-

nem seu rescriptum 27 Mart. 1727 (insertum) Congr. episcoporum et regul., et sententiam definitivam Antonii Xaverii de Gentilibus locumtenentis gen. audit. causarum cur. cam. apost. 10 Maii 1727 (insertam), quibus patres scholarum piarum vetiti sunt alias scholas habere quam inferiores pro pueris pauperibus tantum sine stipendio imbuendis in primis elementis grammaticae, computo et praecipue bonis moribus et fidei cath. rudimentis.
R. ap. S. P. XVII Iun. 1729 P. an. VI.

*Reg. bull. VII.*

15. A. P. R. M. *Oneroso sacri apostolatus.* - Ben. XIII, petentibus rectore et presb. regularibus coll. S. I. Torunensis Culmen. dioec., a Petro Tilijcki olim d. dioec. epõ fundati et parochiali ecclesia S. Ioannis Bapt. ab eo, consentiente rege Sigismundo III Poloniae rege illustri, provisi, confirmat, intuitu presbyterorum saecularium qui apud magistratum oppidi acatholicum iurgia movent, iuspatronatus d. ecclesiae pro d. collegio secundum litteras patentes d. episcopi et diplomata regum Poloniae.
R. ap. S. P. IV kal. Iul. 1729 P. an. VI

*Reg. bull. VII.*

16. A. P. R. M. *Redemptoris nostri I. C.* - Ben. XIII, supplicante Mich. Ang. Tamburini Praep. Gen. S. I., congregationem bonae mortis, a 70 annis in ecclesia dom. prof. de Urbe fer. VI cuiuslibet hebd. haberi solitam et ab Alex. VII per Breve 21 Aug. 1651 indulgentia instructam, in primariam stabilit, indulgentiis ornat, facultatem concedit Praep. Gen. S. I. alias aggregandi et statuta condendi.
R. ap. S. P. IX kal. Oct. 1729 P. an. VI.

*Bull. Rom. — Nov. bull. S. I* 238.

# CLEMENTIS XII.

Clemens XII. Florentinus, Laurentius Corsinus, Card. tit S. Susannae, dein S. Petri in vinculis, episcopus Tusculanus, creatus XII, coronatus XVII Iul. 1730, obiit VI Feb. 1740.

Decreto 10 Aug. 1736 congregationis sac. rituum venerabilem P. Iosephum de Anchieta, in Brasilia missionnarium, virtutes in gradu heroïco exercuisse declaravit. Anno sequente beatum Ioannem Franciscum Regis ad coelitum honores promovit.

---

1. A. P. R. M. *Romanum Pontificem.* – Clem. XII, damno status ecclesiast. ob exemptionum multiplicitatem consulens, annullat omnes immunitates, revocat ad terminos iuris communis privilegia ordinum religios. etiam mendicantium et S. I. super similibus exemptionibus, exemptiones nonnullis collegiis S. I. de Urbe concessas quoad victum et vestitum dumtaxat non autem a fundaco et maggazeno, suffragari vult, etc.
R. ap. S. M. M. id. Ian. 1731 P. an. I.

*Bull. Rom.*

2. Congr. s. rit. et ind. – Ecclesiae S. Petri Placentin. S. I. translationem privilegii ab altari S. Francisci Xav. ad maius altare petenti, SS. concessit privil. quotidianum cum revocatione prioris et ad septennium.
7 Mart. 1731.

*Bullae.*

3. Cong. s. rit. et ind. – Patribus S. I. Namurcen. petentibus, ob occurrentiam festi S. Albani praecipui patroni cathedralis, translationem indulgentiarum cum festo S. Aloisii, resp. : Pro gratia.
19 Maii 1731.

*Bullae.*

4. Congr. s. rit. et ind. – Ecclesiae domus prof. S. I. Matriten.

pro festo SS. Greg. Magni et Catharinae martyris petenti plenariam ind. resp. : Gaudeant impetratis.
19 Maii 1731.

*Bullae.*

5. Congr. s. rit. et ind. - Ecclesiae S. Franc. Xav. S. I. extra muros Zagabrien. (Agram) inter haereticos petenti priv. altaris pro una feria in hebd. absque expressione numeri missarum, resp. : Affirmative.
19 Maii 1731.

*Bullae.*

6. A. P. R. M. *Commissae nobis.* Clem. XII, supplicante Fr. Retz Praep. Gen. S. I., officio de S. Ioanne Nepomuceno martyre iam concesso, plen. ind. die eius festo concedit.
R. ap. S. M. M. XXII Aug. 1731 P. an. II.

*Nov. bull. S. I* 244.

7. Congr. s. rit. et ind. - Ecclesiae S. I. Trugillen. plen. ind. in festo dolorum B. M. V. et 7 ann. et quadr. in festo Inventionis S. Crucis petenti. resp. : Pro gratia in festo dolorum B. M. V. cum clausula « dummodo ».
10 Dec. 1731.

*Bullae.*

8. Cong. s. rit. et ind. - Collegio Cassovien. S. I. plen. ind. in domin. post festum SS. Petri et Pauli, anniversario dedicationis petenti, resp. : Pro gratia pro unica vice.
16 Febr. 1732.

*Bullae.*

9. A. P. R. M. *Pontificalis officii.* - Clem. XII, litem inter clericos regulares S. I. et cler. reg. Pauperum Matris Dei, a scholis piis denominatos in Vilnensi civ. ortam, particulari congregationi trium cardinalium commissam, dein ad Nuntium apost. delatam, clericis S. I. ad Sedem Apostolicam appellantibus, ad se avocat et extinguit, et Pauperes Matris Dei scientias etiam maiores posse tradere statuit.
R. ap. S. M. M. XXX Iun. P. an. III.

*Bull Rom.*

10. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Clem. XII alumnis seminarii Fulden. a Greg. XIII erecti et ab Urb. VIII instaurati renovat et denuo confirmat privilegium 10 Sept. 1584 datum et 20 Aug. 1588 confirmatum ut ordines sacros recipere et in illis ministrare valeant sine dimissoriis proprii Ordinarii et cum solis literis testimonialibus a rectore Seminarii abbati Fuldensi oblatis et ab eo subscriptis eiusque sigillo munitis, idque non obstantibus litteris apost. ab Urb. VIII die IV kal. Ian. 1628 datis.
R. ap. S. M. M. XXXI Iul. 1733 P. an. IV.

*Fund. ass. Germ. t. I* p. 316.

11. A. P. R. M. *Apostolicae providentiae.* - Clem. XII, dolens plerosque dissensionis filios contendere censuris bullae *Unigenitus* doctrinam SS. Augustini et Thomae de divinae gratiae efficacia esse perstrictam, praecipit ne defendantur vel enuntientur propositiones quae has novatorum calumnias firmare possint ; non vult tamen per laudes thomisticae scholae quidquid detrahi caeteris scholis diversa in explicanda gratiae efficacia sentientibus, prohibet ea in re notam aut censuram theologicam ullam inuri.
R. ap. S. M. M. II Oct. 1733 P. an. IV.

*Nov. Bull. S. I.* 245.

12. *Compertum exploratumque.* - Clem. XII episcopis et missionariis in regnis Ind. Or. Madurensi, Mayssurensi et Carnatensi mandat ut custodiant et servari curent insertas resolutiones Cardinalium Inquisitorum super dubia 16 exorta occasione decreti Card. Car. Th. Maillard de Tournon, editi Pondicherii 23 Iun. 1704.
R. ap. S. M. M. XVI Ian. 1734 P. an. IV.

*Bull. de pr. f. II* 448.

13. *Ad augendam.* - Clem. XII ind. plen. in eccl. S. I. die 5 Febr. concedit, ad septennium.
R. ap. S. M. M. XXIV Aug. 1734. P. an. V.

*Ex typ. cam. ap.* *Bullae.*

14. A. F. R. M *Cum dudum fel rec.* - Clem. XII, petente Proc. gen. S. I., ad 20 annos renovat facultatem dispensandi cum neophytis Indiarum in gradibus affinitatis vel consanguinitatis, a Pio IV 15 Iul. 1563 et novissime 11 Iun. 1701 a Clem. X ad 20

annos concessam, et validat matrimonia post expirationem d. termini forsan cum huiusmodi dispensationibus contracta.
R. ap. S. M. M. IX Sept. 1734 P. an. V.

*Bull Rom. — Bull. de pr. fide. II* 453.

15. Congr. sac. rit. et ind. - Patribus S. I. Pragen. in eccl. semin. d. civ. humilis conditionis homines quotidie docentibus et petentibus ind. pro comm. gen. primis dominicis semel plenariam et undecies 7 ann. et quadr. resp. : Affirmative.
30 Iul. 1735

*Bullae.*

16. A. P. R. M. *Apost. sollicitudinis.* - Clem. XII ob graves inter apostolicos in imperio Sinarum missionnarios exortas difficultates, duas epistolas pastorales b. m. Francisci episcopi Pekinen. 6 Iul. et 23 Dec. 1733 circa ritus editas, irritat.
R. ap. S. M. M. XXVI Sept. 1735 P. an. VI.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide II,* 463.

17. *Coelestium munerum.* - Clem. XII petente Franc. Retz S. I. Praep. Gen. indulg. plen. pro missionibus concedit, ad septennium (Cfr. Inn. XIII, n. 2).
R. ap. S. M. M. XXIII Apr. 1736 P. an. V.

*Ex typ. cam. ap.* *Bullae.*

18. Cong. s. rit. et ind. - Ecclesiae S. I. in Nesvisienz Vilnen. dioec. dedicata S. Michaeli plen. ind. petente in festo dedicationis, et ind. 7 ann. et quadr. die sequente et in festo apparitionis S. Mich. - SS. approbavit.
25 Maii 1736

*Bullae.*

19. *Cum fel. rec. Innocentius.* - Clem. XII, petente Proc. gen. S. I. ad 15 annos prorogat indulgentias pro communione generali una ex dominicis cuiuslibet mensis concessas vel ad 15 annos prorogatas ab Innoc. X et successoribus.
R. ap. S. M. M. XXII Febr. 1737 P. an. VII.

*Bull. Rom. — Ex typ. cam. ap. f°.* *Bullae*

20. *Cum sicut accepimus.* - Clem. XII ind. pro decem feriis sextis S. Franc. Xav. unam plenariam et sex partiales indulgentias 7 ann. et quadragenorum concedit, ad septennium.
R. ap. S. M. M. VIII Iun. 1737 P. an. VII.

*Ex typ. cam. ap. f°.* *Bullae.*

21. A. P. R. M. *Ad sublimem sanctitatis.* - Clem. XII sollicitantibus rege Franc. christianissimo Ludovico, archiep. et episc. Galliae, B. Ioannem Franciscum Regis S. I. Confessorem SS. canoni adscribit eiusque festum ab univ. Ecclesia 24 Maii recoli debere decernit.
R. ap. S. Io. in Lat. XVI kal. Iul. 1737 P. an. VII.

*Bull. Rom. — Nov. bull. S. I.* 246.

22. *Ad augendam.* - Clem. XII ind. plen. in eccl. S. I. primo die non impedito post festum SS. Trinitatis concedit, pro unica vice valituris.
R. ap. S. M. M. XXIV Apr. 1738 P. an. VIII.

*Ex typ. cam. ap. f°.* *Bullae.*

23. *Ad augendam.* - Clem. XII ind. plen. eccl. S. I. primo die non impedito post festum SS. Trin. visitantibus concedit, pro unica vice valituris.
R. ap. S. M. M. XXI Mart. 1739 P. an. IX.

*Ex typ. cam. ap.* *Bullae.*

24. *Concredita nobis.* - Clem. XII episcopis et missionariis in regnis Ind. Orient. Madurensi, Mayssurensi et Carnatensi praecipit obedientiam Constitutionibus apostolicis 24 Aug 1734 et praestationem iuramenti, cuius formula pro episcopis altera, altera pro missionariis inseritur.
R. ap. S. M. M. XIII Maii 1739 P. an. IX.

*Bull. de. pr. f. II.* 501.

25. A. F. R. M. *Apostolica haec S. Sedes.* - Clem. XII nonnulla decreta a Cardd. Antonio de Via et Dom. Riviera necnon Phil. de Montibus Congr. Prop. Fid. secretario, in sacra visitatione

apost. ecclesiae S. Thomae et collegii Anglorum de Urbe 11 Maii 1736 data, auctoritate apostolica confirmat.
R. ap. S. M. M. XXVIII Sept. 1739 P. an. X.

*Bull. Rom.* — *Bull. de pr. f. II.* 508.

**26.** Congr. s. rit. et ind. – Collegio S. I. Loyolae pro cappella S. Ign. indulg. plen. quotidianam ob frequentem concursum petenti, resp. : Pro gratia, plenariae semel lucrandae spatio octidui post festum, et in reliquis pro meliori informatione.
3 Oct. 1739.

*Bullae.*

---

# BENEDICTI XIV.

Benedictus XIV, Bononiensis, Prosperus Lambertinus, presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem, archiep. Bononien creatus XVII, coronatus XXII Aug. 1740, obiit III Maii 1758.

Quantum opera nostrorum usus sit in eruditissimis suis libris, ipsemet Pontifex profitetur. Societati plurima benevoli animi testimonia dedit; calumniis vexatam et in Lusitania a regiis ministris quasi falsae doctrinae ream coram se accusatam minime deseruit; at, morem gerens regi, cardinalem Franciscum Saldanha visitatorem constituit; qui cum in mandatis haberet ut Dei gloriam maiorem et Societatis bonum prosequeretur, longe secus ac pro Pontificis voto negotium explevit (De Novaes).

---

1. *Ad augendam.* - Ben. XIV ind. pleu. in eccl. S. I. die 5 Febr. concedit, ad septennium.
R. ap. S. M. M. VII Sept. 1740 P, an. I.

*Ex typ. cam. ap.* *Bullae.*

2. *Quanquam gravïtas.* - Ben. XIV Polycarpum Sousa S. I. electum Pekinen. episcopum quem antea in re rituum tergiversasse monitus fuit, docilitati religiosae confidens, iubet, ne ulla detur carpendi Pontificem occasio, iuramentum in constitutione Clem. XI *Ex illa die* praescriptum, ante episcopalem consecrationem praestare.
R. ap. S. M. M. XXI Dec. 1740 P. an. I.

*Bull. de pr. f. III.* 13.

3. Congr. s. rit. et ind. - Francisco de Vasconcellos episcopo Coccinen. in Ind. Orient. S. I. supplicanti S. S. ut sibi indulgeat facultatem lucrandi ind. et gratias spir. S. I. concessas quibus ante suam assumptionem fruebatur, S. S. annuit pro gratia.
22 Febr. 1741.

*Bullae.*

4. Congr. s. rit. et ind. - Congregationi nobilium dominorum

in coll. S. I. Divionensi translationem indulg. pro festo titulari Annuntiationis B. M. V. quoties festum transfertur petenti, resp. approbando, attento decr. 11 Mart. 1690.
22 Febr. 1741.

*Bullae.*

5. Congr. s. rit. - Catacen. seu Soc. Iesu. Super licentia petenda ab epõ ad exercendas sacras functiones, ordinarias et extraordinarias.
25 Apr. 1741.

*Anal. Iur. Pont. VIII,* 2028.

6. *Ad augendam.* - Ben. XIV ind. plen. eccl. S. I. primo die non impedito post festum SS. Trin. visitantibus concedit, pro unica vice valituris (Cfr. Cl. XII n. 22).
R. ap. S. M. M. XVIII Apr. 1741 P. an. I.

*Ex typ. cam. ap.* *Bullae.*

7. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Ben. XIV ind. plen. in honorem S. Fr. Regis a Clem. XII per breve 19 Apr. 1738 concessam in diem 16 Iunii transfert.
R. ap. S. M. M. XX Febr. 1742 P. an. II.

*Nov. bull. S. I.* 261.

8. A. P. R. M. *Ex quo singulari.* - Ben. XIV, relatis dissidiorum de ritibus Sinensibus historia et RR. PP. decretis, constitutionem Clem. XI *Ex illa die* confirmat, permissiones octo a patriarcha et visit. apostolico Mediobarba 7 Nov 1721 datas et ab epõ Pekinen. per binas pastorales publicatas a Clem. XII per Breve *Apost. Sollicitudinis* (Cfr. n. 16) damnatas, post novum examen cassat et prohibet et novam iuramenti formulam praescribit missionariis cuiuscumque Ord. ac S. I.
R. ap. S. M. M. V. id. Iul. 1742 P. an. II.

*Bull. Rom. — Bull. de pr. f. III.* 73.

9. Congr. s. rit. - Decretum Brasilien. declarationis martyrii ven. serv. Dei Ignatii de Azevedo et aliorum 39 e S. I. 15 Iul. 1570 in odium fidei et Sedis Apost. occisorum. Attentis processibus solitis, cultus antiquitate et paritione decretis Urb. VIII anni 1625,

precibus Ioannis V regis Portugalliae inclinatus, Ben. XIV declarat martyrii causam ita probari ut tuto procedi possit ad discussionem signorum iuxta formam decreti 23 Apr. 1741, ad eorum praecipue qui inter barbaros idolatras aut perfidos haereticos versantur solatium, et decus inclytae nationis et religionis quam praed. Servi Dei professi sunt.
XXI Sept. 1742.

*Cordara S. I. Relazione della vita .. Roma*, 1743. *p.* 198.

10. *Coelestium munerum.* - Ben. XIV, petente Fr. Retz Praep. Gen. S. I., missionariis S. I., ubi tamen non erunt missionarii Congr. de propag. fide, et fidelibus ad quos accesserint, apost. benedictionem et plen. indulg. ad septennium concedit.
R. ap. S. M. M. XII Ian. 1743 P. an. III.

*Bull. de propag. fide III.* 95.

11. Cong. s. rit. et ind. - Sodalitio a S. I. iamdiu in opp. Ortigii Marsorum dioec. erecto sub invoc. Deiparae ac SS. Ign. et Fr. Xav., cum nulla fruatur indulgentia, preces porrigenti pro communicatione indulg. concessarum confraternitati Primariae in coll. Rom., respondendum censuit : concedendas esse ind sodalitatibus concedi solitas.
19 Dec. 1743.

*Bullae.*

12. *Cum sicut accepimus.* - Ben. XIV ind. pro decem feriis sextis S. Fr. Xav. concedit, ad septennium.
R. ap. S. M. M. XI Ian. 1744 P. an. IV.

*Ex. typ. cam. ap. f°.* *Bullae.*

13. Cong. s. rit. et ind. - Patribus missionariis S. I. in Tirol fructus indulgentiarum congr. marianae exponentibus et ad alias erigendas extendi cupientibus, - S. S., praevia revocatione communicationis archiconfraternitati marianae die 23 Apr. 1743 obtentae, concedit indulgentias consuetas, nempe pro utraque confoederatione erecta vel erigenda, sc. una ex solis personis liberis sub tit. Concept. B. M. V. et altera ex personis coniugatis sub invoc. Iesu, Mariae et Ioseph, in dioec. Tridentin. Brixinen. Frisingen. Augustan. Curien. Chembesien. (Kempten ?) et Salisburgen. per unicum breve vel decretum in perpetuum.
11 Ian. 1744.

*Bullae.*

14. Cong. sac. rit. et ind. - Ecclesiae S. I. Glatziensi in Silesia pro communione generali primae feriae III cuiusque mensis ind. plen. petenti et reliquis feriis III totius anni ind. 7 ann. et quadr. — S. S. benigne annuit pro gratia, pro pleñ. semel in mense.
22 Ian. 1744.

*Bullae.*

15. *Cum nos nuper.* - Ben. XIV, petentibus clericis reg. S. I. in provinciis Galliae existentibus, indulgentias pro decem sextis feriis festum S. Fr. Xav. immediate praecedentibus vel subsequentibus, transfert ad ferias praecedentes vel subsequentes diem 12m Martii, septennio durante.
R. ap. S. M. M. XXVI Mart. 1744 P. an. IV.

*Ex. typ. cam. ap. f°.* *Bullae.*

16. Cong. sac. rit. - Frisigen. super translatione quorumdam festorum in eccl. Monachiensi S. I.
22 Aug. 1744.

*Gardellini,* 4161.

17. A. P. R. M. *Omnium sollicitudinum.* - Ben. XIV, relata controversiarum de ritibus Malabaricis historia, cum decreto Car. Th. Maillard de Tournon 24 Iun. 1704, decreto Congr. S. Off. 7 Ian. 1706, et Brevibus Clem. XI 17 Sept. 1712, Ben. XIII 12 Dec. 1727 et Clem. XII 24 Aug. 1734 et 13 Mai. 1739, — ad 3 missionariorum postulata respondet, missionarios S. I. ad praecipuam Parearum curam deputari approbat, quosdam abusus in missionibus perseverantes recenset et observationem decretorum S. Sedis commendat.
R. ap. S. M. M. pr. id. Sept. 1744 P. an. V.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide III.* 166.

18. Cong. sac. rit. et ind. - Rudolpho Eypau S. I. poenitentiario germ. ad S. Petrum, altaris privilegium petente in eccl. paroch. S. Nicolai, urbis patroni, loci Glogoviae maioris dioec. Wratislavien. quibusvis feriis IV et VI — S. S. concessit ad septennium.
3 Oct. 1744.

*Bullae.*

19. *Quantopere caritas.* - Ben. XIV Hilario Costa episcopo Corycen. et apost. vic. regni Tunchini Orient., relata controversiarum in hac missione historia, et citatis decreto Elzearis Fr. des Achards de la Beaume, episcopi Halicarnen. et apost. Cocinchinae visitatoris 2 Iul. 1740 de districtibus missionariorum semin. Parisiensis, Patrum S. I. et Fr. Ord. Min. S. Fr. de observ., quod ad instantiam dd. Fratrum suspensum fuit, partim revocatum, — mandat, ut qua Apost. Sedis delegatus, apost. vicario et missionariis varia iniungat.
R. ap. S. M. M. XXVI Nov. 1744 P. an. V.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide III.* 192.

20. *Gravissimum supremi apostolatus.* - Ben. XIV archiep. episcopis et Ordinariis regni Neapolitani commendat sacras missiones indici praesertim in locis a civitatibus seiunctis, quod aptissimum expertus est remedium, atque hortatur ut cum card. Spinellio agant et Patres Dominicanos et S. I. adhibeant.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. 1745 P. an. VI.

*Bull. Rom.*

21. Cong. sac. rit. et ind. - Cappellae maiori coll. Parmen., a PP. S. I. directae pro festo S^tae^ Catharinae virg. et mart. titulari ind. plen. petenti — S. S. benigne annuit pro gratia
4 Feb. 1746

*Bullae.*

22. A. F. R. M. *Ut electi filii.* - Ben. XIV missionariis S. I. in Martinicae, Guadalupae, SS. Christophori, Dominici et Vincentii, Caiennae, dominio Francorum regis subiectis, necnon Marigallensis insulis concedit facultatem dispensandi in quibusdam consang. vel affinit. gradibus et absolvendi contrahentes Ad 20 annos.
R. ap. S. M. M. IV Maii 1746 P. an. VI.

*Bull. de propag. fide III.* 281.

23. A. P. R. M. *Devotam maiori.* - Ben. XIV, petente Francisco Praep. Gen. S. I., abrogat statutum Inn. X de Congr. novennali et celebrationem Congr. gen. ad normam constitutionum a S. Ignatio fundatore editarum reducit.
R. ap. S. M. M. XVI kal. Ian. 1746 P. an. VII.

*Bull. Rom. — Nov. bull. S. I.* 262.

24. *Ex quo dilectus filius.* - Ben. XIV Angelo Mariae Card. Quirino, per litteras privatas, et coram, et epistola publica questo quod Leander Chizzola archid. eccl. Brixien. septuagenarius, ipso inscio, habitum S. I. suscepisset, respondet factum profectionis ex metu reverentiali excusans, et legem generalem ex sacris canonibus ostendens qua licet clericis saecularibus, etiam contradicente epõ, religionem ingredi.
R. ap. S. M. M. XIV Ian. 1747 P. an. VII.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide III.* 729. — *Nov. bull. S. I.* 269.

25. Congr. sac. rit. et ind. - Patribus S. I. Olomucensibus pro comm. gen. a studiosis universitatis tribus anni diebus celebrata ind. plen. petentibus resp. : Pro gratia.
16 Ian. 1747.

*Bullae.*

26. Congr sac. rit. et ind. - Confraternitati Dominae de bona spe, in parochiali eccl. PP. S. I. burgi Ciminien. (Cibinien? Hermanstadt) dioec. Strigonien. plen. ind. petenti pro die qua fratres et sorores confessi et comm. orationem suam faciunt. resp. : Pro gratia.
20 Mart. 1747.

*Bullae.*

27. *Concepta de nostris.* - Ben. XIV Emmanueli de Azevedo S. I. sibi notissimo cui a canonicis regularibus O. S. Aug. in Lusitania reformatis commissa fuit cura editionis omnium operum Pontificis in duodecim tomis, gratulatur, varia commendat optatque ut una cum Petro Lazzeri S. I. in Romano collegio ecclesiasticae historiae professore aliisque secum adlaborantibus negotium ad optatum exitum adducat.
In arce Gandulphi Alban. dioec. XV Iun. 1747 P. an. VII.

*Bened. XIV opera. I. Romae* 1747. *p. XIX.*

28. A. P. R. M. *In supereminenti.* - Ben. XIV, petente Iosepho de Lara S. I. prov. Hisp. et Indiarum procuratore, collegio S. I. in civ. S. Dominici insulae Hispaniolae a Philippo rege anno 1701 erigi concesso, confirmat, post litem cum conventu O. Praed. super facultate conferendi gradus, interventu Thomae Ripoll Mag.

Gen. d. Ord. diremptam, titulum et iura, regio Ferdinandi decreto concessa, publicae stud. gener. universitatis, et Praep. Generali facultatem statuta condendi concedit.
R. ap. S. M. M. XIV Sept. 1747 P. an. VIII.

*Bull. Rom. — Bull. de pr. fide II.* 357 — *Hernaez II.* 472.

29. Ben. XIV decretum in causa Indiarum seu Carthagen. beatificationis et canonizationis ven. servi Dei Petri Claver, sac. prof. S. I. super dubio : An constat de virtutibus... adhaerens unanimibus consultorum et cardinalium suffragiis, respondet affirmative.
R. ap. S. M. M. XXIV Sept. 1747 P. an VIII.

*Vita del Ven. servo di Dio P. Pietro Claver. Romae* 1748. p. 215.

30. A. P. R. M. *Indiarum gentibus.* - Ben. XIV, supplicante Ioanne Portug. et Algarbiorum rege illustri, saeviente in Sinarum regno persecutione, S. Franciscum Xaverium patronum principalem Indiarum a Capite bonae spei ad regna Sinarum et Iaponiae habendum esse statuit.
R. ap. S. M. M. XXIV Febr. 1748 P. an. VIII.

*Bull. Rom. — Bull. de prop. fide III.* 367, 554.

31. A. P. R. M. *Praeclaris Romanorum.* - Ben. XIV, supplicante Fr. Retz Praep. Gen. S. I., confirmat et ampliat indulgentias Congregationi Primae Primariae B. V. in Urbe aliisque aggregatis.
R. ap. S. M. M. XXIV Apr. 1748 P. an. VIII.

*Nov. bull. S. I.* 278.

32. A. P. R. M. *Constantem omnium.* - Ben. XIV alumnos S. Ignatii, S. Parentis Luthero obiecti vestigiis insistentes et addictissimam S. Sedi Societatem laudat, in perpetuum ex eadem Soc. presbyterum unum Congr. Card. S. Rit. praepositae consultorem esse vult et Emm. de Azevedo sibi in operibus edendis maxime intentum hunc locum tenere decernit.
R. ap. S. M. M. XXIV Apr. 1748 P. an. VIII.

*Bull. Rom. — Nov. bull. S. I.* 281.

33. A. F. R. M. *Animarum saluti.* - Ben. XIV, supplicante

Fr. Retz Praep. Gen. S. I., indulgentias et facultates ultimo a Clem. XI (supra n. 50) in Indiis concessas ad 20 annos renovat.
R. ap. S. M. M. XVII Iul. 1748 P. an. VIII.

*Bull. de propag. fide III.* 382.

34. *Ad caetera bonarum artium.* - Ben. XIV Francisco Retz Praep. Gen. S. I. pro sua suaeque Societatis erga S. Sedem observantia significanti cathedram historiae ecclesiasticae in Rom. collegio fuisse constitutam, cathedrae vero sacr. rituum initium mense novembre futurum, gratulatur et utramque cathedram confirmat.
R ap. S. M. M. VII Maii 1748 P. an. VIII.

*Ex typ. rev. cam. apost* (*Stonyhurst* P. 2. 7).

35. *Quae reges ipsos.* - Ben. XIV Francisco Retz Praep. Gen. S. I. gratulatur de cura bibliothecarum in omnibus S. I. collegiis ac Romano praesertim construendarum et de commercio literario per Emm. de Azevedo lusitanum et liturgicae cathedrae in d. collegio lectorem inito cum congregatione canonicorum regularium S. Crucis Conimbricensi Ord. S. Aug., et confirmat concessam a dd. canonicis procuratori coll. Romani exactionem annuorum reddituum ex 220 locis montium non vacabilibus Urbis et 14 locis similibus emptis vel emendis provenientium et ad d. congregationem spectantium.
R. ap. S. M. M. VII Maii 1748 P. an. VIII.

*Ex typ. rev. cam. apost.* (*Stonyhurst* P. 2. 7).

36. A. P. R. M. *Gloriosae Dominae.* - Ben. XIV, commendato cultu B. M. V. Deiparae et S. Ignatii ac S. I. erga eam devotione, congregationes B. V. a Greg. XIII, Sixto V, Greg. XV, Ben. XIV (quorum constitutiones inserit) indulgentiis ornatas, novis instruit.
R. ap. S. M. M. V kal. Oct. 1748 P. an. IX.

*Nov. bull. S. I.* 283.

37. *Gravissima omnium.* - Ben. XIV, Ordinariis et apost. Vicariis in Sinarum, Tunchini, Siami et Cocincinae regnis, Christifidelium multitudine in dies crescente, elargitur facultates dispensandi cum neophytis in gradibus consang. et affin. quae iamdudum

a Pio IV et novissime a Clem. XII provincialibus S. I. attributae fuerant. Ad 25 annos.
R. ap. S. M. M. XII Nov. 1738 P. an. IX.

*Bull. de pr. f. III* 392.

38. A. P. R. M. *Cum in congr. generali.* – Ben. XIV decretum pro accurata causae martyrii Servi Dei Andreae Bobola S. I. discussione edit et inter regesta Congr. rituum asservari iubet.
R. ap. S. M. M. XXII Maii 1749 P. an. IX.

*Bull. de pr. f. III* 399.

39. *Coelestium munerum.* – Ben. XIV, petente Fr. Retz S. I. Praep. Gen., concedit ind. plen. pro missionibus ad septennium (Cfr. n. 10).
In arce Gandulphi Albanen. dioec. XIV Iun. 1749 P. an. IX.

*Ex. typ. cam. ap.* 4. *Bullae.*

40. *Ad augendam.* – Ben. XIV ind. pro oratione 40 horarum, in eccl. S. I. etiam Mediolanensi, concedit ad septennium (Cfr. Iun. XIII n. 3).
In arce Gaudulphi, Albanen. dioec. XIV Iun. 1749. P. an. IX.

*Ex. typ. cam. ap.* *Bullae.*

41. Cong. s. rit. et ind. – Parochis et sacerdotibus 30 et amplius in pagum Riedeschingen Constantien. dioec. pro exerc. spir. sub directione S. I. per tres dies tantum, propter negotia sua facienda, convenientibus ind. plen. petentibus ad septennium, – Conc. pro gratia.
1 Feb. 1749.

*Bullae.*

42. A. P. R. M. *Quemadmodum presbyteri.* – Ben. XIV, petente Fr. Retz Praep. Gen. S. I. concedit facultatem asservandi SS. Eucharistiam in cappellis domesticis, indulgentias pro exerc. spir. etiam 5 dierum spatio peractis, et altare privilegiatum in eccl. S. I.
R. ap. S. M. M. XV Iul. 1749 P. an. IX.

*Nov. bull. S. I.* 293. — *Ex typ. cam. ap. f*[o] *Bullae.*

43. Cong. s. rit. et ind. – Decretum, absque brevis expeditione.

Fidelibus qui cappellam publ. S. Stanislai Kostkae prope eccl. dom. prof. S. I. Viennen. in festo eiusd. sancti visitant, plenaria indulg., in una ex septem diebus festum sequentibus pariter plen. ad 20 annos. - Henr. Card. pro-praef., A. M. Erba secr.
13 Sept. 1749.

*Bullae.*

44. A. P. R. M. *Alias pro parte.* - Ben. XIV, petente Fr. Retz Praep. Gen. S. I. indulgentiam plen. in festo Circumcisionis Dom. a Paulo III et Greg. XIII concessam confirmat et extendit ad omnes eccl. S. I. etiam plures in una civitate.
R. ap. S. M. M. VI Oct. 1750 P. an. XI.

*Nov. bull. S. I.* 295. — *Ex typ. cam. ap f°.* *Bullae.*

45. *Cum sicut accepimus.* - Ben. XIV, piam erga S. Fr. Xav. in 10 feriis VI festum d. Sancti praecedentibus vel subsequentibus devotionem fovens, in ecclesiis S. I. indulgentias pro ea concedit. Ad septennium.
R. ap. S. M. M. XXIX Ian. 1751 P. an XI.

*Bull. de pr. f. III.* 555. — *Ex typ. cam. ap. f°.* *Bullae.*

46. *Cum nuper dilectus.* - Ben. XIV, Ioanni Stilting S. I. et collegis pro opere de Actis Sanctorum, gratias habet de tomo tertio mensis sept. per Hieron. Lombardum S. I. oblato ; illo opere multum usus antea in libro de canonizatione SS. et nunc in praefatione martyrologii romani, miratur epistolae suae 31 Iul. 1748, familiaris sc. quae intra privati commercii fines latere neque in vulgus produci debebat, interpretationem parum consentaneam ; cupit relationum a sacrae rotae auditoribus digestarum circa causas SS., quas habent vel ediderunt, elenchum ad se transmitti.
R. ap. S. M. M. III non. Apr. 1751 P. an. XI.

*Acta Sanctorum, Septembr. IV. p* 2.

47. *Ad augendam fidelium.* - Ben. XIV Christifidelibus ecclesiam S. I. civ. Goanae visitantibus semel in anno ind. plen. concedit. Ad 15 annos.
R. ap. S. M. M, XXXI Iul. 1751 P. an. XI.

*Bull. de pr. f. III.* 555.

48. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Ben. XIV, petente Iosepho de Lara S. I. assistentiae Hisp. in Urbe procuratore, indulgentias pro christiana doctrina a Greg. XV per Breve 27 Sept. 1622 (Cfr. Greg. XV, n. 40) concessas confirmat pro Hisp. regnis et Indiarum partibus, ita ut Ordinarii diem festum pro indulg. lucranda in feriatum commutare et aliam ecclesiam quam eam ubi traditur doctrina designare possint.
R. ap. S. M. M. VII Aug. 1751 P. an. XI.

*Bull. de pr. f. III, p.* 459.

49. *Praeclara religiosarum virtutum.* - Ben. XIV Ignatio Vicecomiti, Praep. Gen. S. I. de munere per concordia suffragia demandato gratulatus, petente Archang. de Origny S. I. missionum prov. Goanae procuratore, concedit in regionibus nullius antistitis aut vic. apost. iurisdictioni subiectis, aut nimis distantibus (Mayssur, Fluminibus) facultatem pro superioribus missionum administrandi in mortis articulo sacramentum confirmationis.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. 1751 P. an. XII.

*Bull. de pr. f. III.* 461.

50. *Quo tibi, dilecte fili.* - Ben. XIV. Ignatio Vicecomiti Praep. Gen. S. I., petente pro congr. utriusque sexus de poenitentia Panormitana Vesp. Trigona d. S., facultatem concedit aggregandi congregationi Prim. B. M. V. alias quascumque congreg. utriusque sexus in ecclesiis S. I. erectas.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. 1751 P. an. XII.

*Nov. bull. S. I.* 297.

51. *Non solum propter.* - Ben. XIV Ignatio Vicecomiti Praep. Gen. S. I. gratulatus, petente Carolo Brentano provinciae ac praefecturae Quitensis in America procuratore, concedit missionariis S. I. facultatem iuxta modum, conferendi sacramentum confirmationis, dispensandi super tribus proclamationibus ante matrimonium fieri solitis, et omnibus sacerdotibus d. missionis indulget festum Praesentationis B. M. V. sub ritu dupl. sec. classis cum octava.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. 1751 P. an. XII.

*Bull. de pr. f. III.* 463.

52. *Nuper nos ad te.* - Ben. XIV Ignatio Vicecomiti Praep. Gen. S. I. - citatis literis suis 8 Sept. 1751, *Praeclara religiosarum virtutum*, per quas Archangelo de Origny S. I. missionum prov. Goanae petente, superioribus d. provinciae facultatem concessit conferendi sacramentum confirmationis et alios delegandi, - concedit, petente Carolo Brentano procuratore prov Quitensis, in qua per 100 annos d. sacramentum conferri non potuit, eamdem facultatem pro hac provincia.
R. ap. S. M. M. XXIV Sept. 1751 P. an. XII.

*Typ. cusum exempl. pp. XII in*-4° (*Stonyh.* P. 2, 7).

53. A. P. R. M. *Religiosum Sanctorum cultum.* - Ben. XIV, de S. Pulcheriae in Ecclesiam Romanam meritis instructus, oblato libello supplici canonicorum lusitanarum et patrum S. I. Panormi et in Rom. tirocinio S. Andreae degentium annuens, concedit facultatem festi 7 iulii celebrandi, eamque, supplicante Praep. Gen. S. I. Ignatio Vicecomite, ad omnes S. I. alumnos extendit.
R. ap. S. M. M. XI Febr. 1752 P. an. XII.

*Acta Sanctorum, Sept. IV. p.* 778.

54. A. F. R. M. *Cum dudum fel. rec. Pius.* - Ben. XIV ad 20 annos renovat facultates S. I. in Indiis ultimo a Clem. XII per Breve 9 Sept. 1734 renovatas et validat matrimonia post exspirationem d. termini forsan cum impedimentis contracta.
R. ap. S. M. M. XX Maii 1752 P. an. XII.

*Bull. de pr. f. III* 510.

55. A. F. R. M. *Immensa Iesu Christi.* - Ben. XIV Guillelmo Cuillin S. I. praef. apost. missionis in insulis Americanis, Martinica, Guadalupa, aliisque Francorum regi subiectis in quibus nullus adhuc antistes constitutus est, missionariis d. S. concedit fac. conferendi sacr. confirmationis sub quibusdam conditionibus.
R. ap. S. M. M. XXIV Iul. 1752 P. an. XII.

*Bull. de pr. f. III.* 513.

56. *Alias nos cum.* - Bened. XIV, petentibus clericis reg. S. I. 5 provinciarum Galliae, indulgentias per breve 29 Ian. 1751 (n. 45) transfert ad decem ferias sextas sequentes 2^m^ Februarii, excepta

tamen feria VI maioris hebdomadae, durante septennio d. brevis.
R. ap. S. M. M. XXIII Ian. 1753 P. an. XIII.

*Ex. typ. cam. ap. f°.* *Bullae.*

57. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Ben. XIV, Ign. Vicecomite Praep. Gen. S. I. exponente dubium de derogatione per decr. congr. super disciplina regulari anni 1675 facta in facultate S. I. admittendi novitios ante 14 annos completos, d. facultatem firmam mansisse declarat eamque confirmat.
R. ap. S. M. M. XXX Ian. 1753 P. an. XIII.

*Nov. bull. S. I.* 299.

58. *Quo luculentioribus.* - Ben. XIV Ignatio Vicecomiti S. I. Praep. Gen., exponente Ios. de Lara S. I. assist. Hisp. procuratore, concedit ut quod pro Quitensi indultum est (Cfr. n. 51) in reliquis provinciis d. assistentiae, Philippinis, Mexicana, Peruensi, Chilensi, Paraquaria et novi regni Granatensis seu S. Fidei, missionarii S. I. habeant facultatem conferendi sacr. confirmationis, dispensandi a proclamationibus et celebrandi festum Praesentationis B. M. V. cum octava.
R. ap. S. M. M. II Mart. 1753 P. an. XIII.

*Bull. de propag. fide III.* 520.

59. *Quo luculentioribus.* - Bened. XIV, petente Io. Honoratio S. I. Brasiliae procuratore, pro Brasilia et Maragnonia *simili forma.*
R. ap. S. M. M. III Mart. 1753 P. an. XIII.

*Bull. de propag. fide III.* 522.

60. *Religiosae ac filiali.* - Ben. XIV Claudio Lacroix S I. gratulatur obedientiam erga constitutionem pontif. adversus duellorum abusum, non tam operis eius sententias quam ab aliis traditas opiniones in examen ab eo adductas fuisse proscriptas, latam a S. Indicis congregatione libri eius proscriptionem a se fuisse suspensam neque eius nomen inter damnatos auctores referri permissum ; vincat porro aemulorum invidiam.
R. ap. S. M. M. III Mart. 1753 P. an. XIII.

*Cl. Lacroix, theol. mor. edita a Fr. Zacharia* 1761, *I,* 246.

61. A. P. R. M. *Quantum secessus.* - Ben. XIV. petente Ign.

Vicecomite Praep. Gen. S. I. pro peragentibus exercitia spir. per quodcumque dierum spatium aut per unum diem semel in mense in domo vel eccl. S. I., concedit indulg. plen. et facultatem absolutionis a casibus reservatis.
R. ap. S. M. M. XXIX Mart. 1753 P. an. XIII.

*Nov. bull. S. I.* 201.

62. A. P. R. M. *Commendatissimum studium.* - Ben. XIV, in pontificio collegio sive seminario Wilnensi S. I. a Greg. XIII erecto, in quo iuvenes moschovitae, ob vitae poenam cath. religionem amplectentibus infligendam, non amplius recipiuntur, vetat eorum loco alios ritus latini iuvenes recipi, sed graeci ritus ruthenos subrogari iubet, ob ruthenorum antistitum inopiam et parochialium ecclesiarum numerum, quae in sola Kioviensi metropol. dioecesi sunt 1925 numero. Alumni sint 20, ex dioecesib. per decr. Cong. Prop. Fid. 12 Febr. 1753 (insertum) determinatis.
R. ap. S. M. M. V Apr. 1753 P. an. XIII.

*Bull. Rom.* — *Bull. de propag. fide III.* 522.

63. A. P. R. M. *Dedimus sane.* - Ben. XIV, petente Ign. Vicecomite Praep. Gen. S. I. indulgentiam et facultatem, per Breve *Quantum secessus* (Cfr. n. 61) concessas extendit ad externas quoque ecclesias.
R. ap. S. M. M. XVI Maii 1753 P. an. XIII.

*Nov. bull. S. I.* 304.

64. *Apostolicum ministerium.* - Ben. XIV episcopis, vic. apost. et sacerdotibus tam saecularibus quam regul. cuiusvis Ord. etiam S. I., relata origine dissidiorum inter regulares et vic. apostolicos, tradit regulas missioni regendae et subordinationis necnon iurisdictionis cumulativae normam.
R. ap. S. M. M. XXX Mai 1753 P. an. XIII.

*Bull. Rom.* — *Bull. de propag. fide III.* 529.

65. A. P. R. M. *Collegia et seminaria.* - Ben. XIV, exponente Io. Honorato S. I. procur. neg. Brasiliae prov., collegia et seminaria S. I. erecta et a Iosepho Portug. et Algarb. rege fidelissimo in Indiis erigenda eorumque collegiales et ministros a quibusvis iuribus parochialibus et a parochiis earumque rectoribus eximit, et

sic exemptos dd. collegiorum rectoribus in iis quae ad administrationem SS. Euch. etiam pro viatico ac extr. unctionis sacramento aliisque quae ad animarum curam spectant, subiicit. Parochis inhibet ne se in praemissis ingerant.
R. ap. S. M. M. VII Sept. 1753 P. an. XIV.

*Anal. Iur. Pont. VII.* 1106.

66. A. P. R. M. *Apostolicae procurationis.* - Ben. XIV, petente Arch. de Oregny S. I. prov. Goanae procuratore, missioni ad quam 80 circiter operarii nuper missi sunt favere volens, confirmat Brevia tria (supra nn. 30, 45, 47) et extendit in perpetuum et novas indulgentias concedit.
R. ap. S. M. M. VI Oct. 1753 P. an. XIV.

*Bull. de propag. fide III.* 554.

67. *Ad augendam.* - Ben. XIV ind. plen. in eccl. S. I. die 5 Febr. concedit ad septennium.
R. ap. S. M. M. VIII Mart. 1754 P. an. XIV.

*Ex. typ. cam. ap. f°.* *Bullae.*

68. Decretum S. I. - Bened. XIV, petente Ign. Vicecomite Praep. Gen. S. I. concedit facultatem officium SS. Sacramenti feriis V non impeditis, et off. Conceptionis B. M. V. sabbatis non impeditis recitandi, exceptis 4 temp., adventu etc.
11 Maii 1754.

*Ex. typ. cam. apost.* (*Stonyhurst* P. 2, 7).

69. A. P. R. M. *Non est equidem.* - Ben. XIV, attento supplici libello (quod inseritur) per P. Io. Fr. Lopez S. I. procur. prov. Mexicanae oblato, in quo narratur apparitio B. M. V. de Guadalupe, specialis patronae novae Hispaniae, officium et missam de patrona 24 Apr. 1754 concessam et indulgentiam alt. privil. per breve 11 Maii 1752 concessam confirmat, variasque indulgentias largitur.
R. ap. S. M. M. XXV Maii 1754 P. an. XIV.

*Bull. de propag. fide III.* 567.

70. Decretum Ben. XIV in causa Polona seu Luceorien. Beatificationis seu declarationis martyrii ven. servi Dei Andreae Bobola,

sac. prof. S. I. martyrium constare, tuto procedi posse ad approb. quatuor miraculorum.
R. ap. S. M. M. IX Febr. 1755 P. an. XV.

*Bull. Rom.*

71. Cong. sac. rit. et ind. – Patribus missionariis S. I. in Hibernia, pro novena in hon. S. Fr. Xav. variis in locis celebranda cum expos SS. Sacramenti ind. plenariam petentibus, resp. : concedendam semel per novenam ad septennium.
27 Sept. 1755.

*Bullae.*

72. *Coelestium munerum.* – Ben. XIV, petente Aloysio Centurione S. I. Praep. Gen. ind. plen. pro missionibus concedit, ad septennium. (Cfr. n. 39).
R. ap. S. M. M. X Dec 1755 P. an. XVI.

*Ex. typ. cam. ap. f°.* *Bullae.*

73. A. F. R. M. *Cum venerabilis.* – Ben. XIV in controversiis inter Ign. de Padilla eiusque successorem Ios. Moreno Curiel, S. Dominici in insula Hispaniola Ind. Occ. archiepiscopos ex una parte et presb. S. I. ex alia circa dispensationes matrimoniales, responsa Congr. Inquis. 29 Iul. 1755 ad 5 dubia proposita auct. apost. confirmat.
R. ap. S. M. M. XVII Ian. 1757 P. an. XVII.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide III.* 675.

74. A. F. R. M. *Laudabile Rom. Pontificum.* – Ben. XIV, Antonio Timoni Vic. Gen. S. I. exponente ex iure Societatis, confirmato per decr. congr. episcoporum et regul. 1713 in causa Asculana et 1740 in causa Firmana, congregationes non posse possidere et parere debere Praep. Generali S. I. – lites de illo iure pendentes ad se avocat, decreta confirmat, et statuit quasvis congregationes in domibus d. S. erectas, Praep. Gen. esse subiectas quoad dominium supellectilis et quoad regulas et regimen.
R. ap. S. M. M. XV Febr. 1758 P. an. XVIII.

*Nov. bull. S. I.* 305.

75. *Le replicate istanze.* – Ben. XIV Cardinali Saldagna,

urgente pluries Lusitaniae curia, compulsus tribuit, per adiunctum Breve, facultates necessarias ad medendum, si opus sit, abusibus qui in observantia Instituti S. I. tot viris illustris inducti supponuntur. Commendat benignitatem in visitanda religione quae summae semper fuit aedificationi ; ne parvos abusus dissimulet sed primum inquirat utrum veri imputentur ; de negotiatione quam, ut aiunt, exercent illi religiosi, diligentissime inquirat, mittendo delegatos qui non humano respectu sed caritate christiana ducantur, deinde ad S. Sedem referat. A determinationibus Brevis nequaquam discedat.
I Apr. 1758.

*De Ravignan. Clem. XIII et Clément XIV, Paris* 1854, *II.* p. 25.

76. *In specula supremae.* - Ben. XIV, petente Iosepho Port. et Algarb. rege fidelissimo, Francisco Card. de Saldanha nunc. munus visitatoris apostolici et reformatoris regul. S. I. in regnis etiam Indiarum d. regi subiectis committit ; si quae graviora repererit, sub sigillo clausa ad se transmitti vult ut matura deliberatione decernat.
R. ap. S. M. M. I Apr. 1758 P. an. XVIII.

*Bull. Ben. XIV, Ven.* 1784. t. 10 p. 101.

77. Decretum SS. D. N. Ben. XIV in causa Neapolit. beatific. et canoniz. ven. S. D. Fr. de Hieronymo sac. prof. S. I. : Constare de virtutibus... in gradu heroico.
II Maii 1758 P. an. XVIII.

*Bull. Ben. XIV. Ven.* 1784. t. 10 p. 104.

# CLEMENTIS XIII.

Clemens XIII, Venetus, Carolus Rezzonico, presb. card. tit. S. Marci, creatus VI, coronatus XVI Iul. 1758, obiit III Feb. 1769.

In collegio S. I. Bononiensi rhetorices et philosophiae disciplinis eruditus, religionis nostrae, in Lusitania primum a Sebastiano Carvalho regio ministro, dein in Galliae, Hispaniae, Neapolitano et Parmensi ditionibus iniuste impetitae et vexatae, patrocinium fortiter suscepit, testimonia studii sui relinquens multa brevia quibus apud principes et episcopos innocentiam zelumque Ordinis commendabat : anno 1765, motu proprio bullam *Apostolicum* edidit, Instituti S. I. confirmationem ; et libellos, adversus hanc pontificiam constitutionem sparsos decretis S. Officii 11 Sept. 1765, 2 Mart. et 10 Iul. 1766 damnavit.

Copiarum gallicarum in Avenionense et Carpentoractense oppida, neapolitanarum in Beneventum iniustam irruptionem passus est pius Pontifex potiusquam Societatis causam desereret ; exulibus hispanis et neapolitanis sociis asylum praebuit ; lusitanis menstruam 800 scutorum opem suppeditavit (De Novaes).

---

1. A. F. R. M. *Universi dom. gregis.* – Clem. XIII operis *Histoire du peuple de Dieu* gallice et italice editi, quorum 2 tomi decretis 6 Maii 1734, 14 Apr. 1757, 17 Apr. 1755, 17 Febr. 1755 a congr. Indicis et S. Inquis. damnati fuerunt, tertium tomum hoc titulo *Hist. du peuple de Dieu*, 3e *partie, ou Paraphrase littérale des actes des apôtres d'après le commentaire latin du P Hardouin. Par le P. Isaac Jos. Berruyer de la C. de J.* 1758, ob doctrinae fallaciam et contortas sacr. litterarum interpretationes, offusis etiam tenebris super eos articulos quos christ. populi fides ac pietas praecipue profitetur et colit, damnat, legi, retineri prohibet.

R. ap. S. M. M. II Dec. 1758 P. an. I.

*Bull. Rom.*

2. Cong. sac. rit. et ind. – Missionarii S. I. Marylandiae postulant varia : 1. 10 millia indulgentiarum missioni concessarum, numismatibus et crucifixis etc. applicandarum (iuxta litt. P. Fr. Retz ad P. Philippum Carterer, Apr. 1754), applicari possint sacris imagini-

bus quibuscumque et rosariis orbiculatis seu annulis digito inserendis 2. indulgentiae festorum S. Ign. et S. Fr. Xav. extendantur ad dominicam. 3. sex dominicae S. Aloisii interpolari possint, quia alternis tantum dominicis est copia confessarii. - Ex aud. SS., A. E. Vicecomes secr. absque brevis expeditione in perpetuum concedi significat, et provinciam Pensylvaniae iisdem gaudere ; sed quod ad dd. imagines, servandus elenchus impressus.
16 Feb. 1759.

*Bullae.*

3. A. P. R. M. *In supereminentis.* - Clem. XIII, supplicantibus rect. coll. S. I. Leopoliensis et Augusto rege Poloniae, d. collegium d. regis auctoritate universitatis titulo et privilegiis ornatum confirmat, rectori per Praep. Gen. S. I. deputando indulget ut gradus bacc. formatae, licentiaturae laureae et doctoratus necnon magisterii gradus conferat et statuta condat.
R. ap. S. M. VII kal. Apr. 1759 P. an I. (1).

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide IV.* 24. *Fund. pr. Polon. t.* 3.

4. *Iis sane pontificiae.* - Clem. XIII Iosepho episcopo Passavien. per litteras significanti fundationes a se factas ad populum doctrina excolendum sub cura S. I. dirigi, gratulatur et de officiis quos pro d. S. interponit meritam se habiturum rationem persuasum esse cupit.
R. ap. S. M. M. XIII Iun. 1759 P. an. I.

*De Ravignan op. cit., t. II, p.* 98.

5. *Praeclaram quae iam.* - Clem. XIII archiepiscopo Pharsaliae, gen. in regnis Hisp. Inquisitori gratulatur non solum quod contra *Historiam populi Dei* et librum *De l'esprit* apostolica decreta publicaverit, sed etiam de iis quae egit quoad scripta quaedam Societati Iesu calumniosa, erga quam non aliter quam praedecessores affectus est summus Pontifex.
R. ap. S. M. M. XVII Iul. 1759 P. an. II.

*Bull. Rom.*

(1) 7 Maii 1759, breve Clem. XIII congregationem sub tit. Immaculatae Conceptionis B. M. V. instituentis in coll. S. I. Leodiensi (*Règles et statuts de la congr. Liège* 1761).

6. *Vereri nullatenus.* - Clem. XIII Ioanni Frid. archiepiscopo Moguntino pollicetur se non praetermissurum tueri S. I. presbyteros, sibi per litteras eius commendatos, in aerumnis angoribusque, sicut aurum examinatur igne, charitate probatos.
R. ap. S. M. M. XI kal. Aug. 1759 P. an. II.

*De Ravignan, op. cit. p.* 100.

7. *Postulat apostolici.* - Clem. XIII Ioanni Phil. archiepiscopo Treviren. presbyteros S. I. laudanti pollicetur tutelam et praesidium : in adversis tamen opus esse animas suas in patientia, imperscrutabilibus div. sapientiae consiliis animum submittentes, possidere.
R. ap. S. M. M. XI kal. Aug. 1759 P. an. II.

*De Ravignan, op. cit. p.* 136.

8. *Redditae nobis fuerunt.* - Clem. XIII Francisco Card. de Solis, archiepiscopo Hispalen. meritam laudem tribuit quod operarios frequentissimo suo gregi tribuat dilectos filios S. I. uberrimosque fructus missionis ab iis peractae retulerit ; nec defuisse nec defuturum se praestare quod ad eorum Instituti utilitatem conferre existimabit.
R. XIX Aug. 1759 P. an. II.

*De Ravignan. op. cit. p.* 133.

9. *Praecipua Pontificii cordis.* - Clem. XIII Io. Bapt. Card. Rothario paterni sui animi recessus aperit, de angoribus propter temporis conditionem, neque defuturum se profitetur tum communibus totius Ecclesiae necessitatibus, tum peculiaribus dil. filiorum alumnorum S. I. angustiis.
R. ap. S. M. M. XXIV Aug. 1759 P. an. II.

*Bull. Rom.*

**10**. Cong. sac. rit. et ind. - P. Nicolao di Bagno S. I. rectore coll. Tolemei in civ. Siennensi petente - SS. D. N. omnibus alumnis ceterisque in d. coll. degentibus qui saltem contrito corde SS. Euch. sacr. quotidie in cappella domestica visitaverint, ind. 100 dier. semel in die lucrandam benigne in perp. concessit. Praesenti in perp. valituro... absque ulla brevis expeditione. A. E. Vicecomes secr.
5 Sept. 1759.

*Bullae.*

11. Cong. sac. rit. et ind. - Quinque provinciis S. I. in Gallia petentibus, loco 10 feriarum VI S. Fr. Xav., unam indulg. plen. pro omnibus et sine clausula *dummodo* die 12 Martii festa canonis. d. Sancti, et 100 dier. 9 diebus praecedentibus, - SS. benigne annuit pro gratia iuxta petita. - A. E. Vicecomes secr.
5 Sept. 1759.

*Bullae.*

12. *Litteras tuas.* - Clem. XIII Iosepho episcopo Salmanticen. de patribus S. I. in sua dioecesi et Vallisoleti ac Valentiae degentibus testanti eos ministeriis sacris egregiam operam dare nec quidquam praestare nisi ex optimo more et sanctissima disciplina, at probrosis scriptis labefactari eorum famam, significat probari sibi eius in eos studium, eos in sancto proposito confirmari cupit et gratia sua complectitur.
Id. Dec. 1759 P. an. II.

*De Ravignan, op. cit.*, p. 120.

13. *Litteris tuis.* - Clem. XIII Michaeli episcopo Vilnen. commendanti PP. S. I. quos per 40 annorum spatium impigros, sedulos et religionis defendendae studio mirifice flagrantes expertus est, condolet de eorum malis et hostium laetitia ; profitetur gravissimo eius iudicio multum se tribuere et S. I. in sua tutela semper habiturum.
R. ap. S. M M. pr. non. Mart 1760 P. an. II.

*De Ravignan, op. cit.*, p. 177.

14. *Vehementer de S. I sollicitum.* - Clem. XIII Ios. Andreae episcopo Kiovien. et Czerniech. petenti ut S. P. tueatur S. I. et testanti virtutes patrum eius qua patet Polonia in aprico esse, rescribit non esse cur vereatur, vel ipsi vanis rumoribus commoveantur, adversa ut ait S. Greg. M. cum nos exterius deprimant interius reddere cautiores.
R. ap. S. M. M. pr. non. Mart. 1760 P. an. II.

*De Ravignan, op. cit.*, p. 170.

15. *Litteras tuas nonis.* - Clem. XIII Caietano episcopo Cracovien. commendanti S. I. Polonam regi et reipublicae semper fidelissimam, perpetuo de Ecclesia isthic bene meritam, profitetur

non esse, si in hoc instituto permanserint, cur ipse vel ipsi vereantur ne in Apostolicae Sedis perpetua tutela sint.
R. ap. S. M. M. pr. non. Mart. 1760 P. an. II.

*De Ravignan, op. cit.*, p. 173.

**16.** *Vehementer dolere te.* - Clem. XIII Wenceslao episcopo Przemislavien. vicem S. I. dolenti eamque etiam atque etiam commendanti, persuasum esse vult se eo potissimum spectare ut Institutum, Ecclesiae maxime utile, incolumitatem retineat; cogitet, cum S. Greg. M. Deum providere de his malis, quae per iudicium irrogat, quae bona facere disponat.
R. ap. S. M. M. postr. id. Mart 1760 P. an. II.

*De Ravignan, op. cit.*, p. 175.

**17.** Decretum Maioricen. beatif. ven. servi Dei Alph. Rodriguez coadi. temp. form. S. I. super dubio an constet de virtutibus. Post congreg. antepraeparatoriam 7 Dec. 1734 et praepar. 13 Sept. 1757 et gener. congr. coram SS. Domino 15 Apr. 1760, Clem. XIII decrevit constare de praed. servi Dei virtutibus.
XXV Maii 1760.

*Vita del B. Alfonso, Arc. Arcangeli S. I., Roma* 1825, p. 185.

**18.** Cong. sac. rit. et ind. - Patribus S. I. prov. Masoviae exsequias defunctorum, tempore missionum, solemnes instruere intendentibus et postulantibus ad maius fructum indulgentiam,- SS. D. N. omnibus fidelibus, conf. et comm., qui supra enunciatis exsequiis interfuerint plen. ind. semel in anno lucrandam ad decennium concedit... absque brevi. I. de Comitibus secr.
19 Maii 1761.

*Bullae.*

**19.** Cong. sac. rit. et ind. - Patribus S. I. in prov. ad Rhenum infer. et per septentrionem sparsa, postulantibus translationem decem fer. VI S. Fr. Xav. ad alias per annum ab Ordinario statuendas ob ferias autumnales et tempestates novembres, resp.: Gaudeant impetratis.
16 Mart. 1762.

*Bullae.*

20. *Noi venghiamo.* - Clem. XIII regem Galliae rogat ne extinctionem S. I. in suis statibus permittat.
Roma di S. M. M. I Giugno 1762.

*Reiffenberg, Hist. S. I. ad Rhenum, Mantissa,* p. 145.

21. *Quanto in dolore.* - Clem. XIII episcopos Galliae, ad cleri conventum Lutetiae congregatos, hortatur ut Societatem Iesu, positam veluti signum cui contradiceretur, cuius Institutum ab Eccl. cath. in Trident. synodo comprobatum, tot RR. PP. laudibus cumulatum est, laicorum novatorum factione oppressam, apud regem tueantur.
R. ap. S. M. M. IX Iun. 1762 P. an. IV.

*Bull. Rom. — Reiffenberg, op. cit. Mant.* p. 146.

22. *Laudabile Rom. Pontificum.* - Clem. XIII approbat et confirmat concordiam inter Florianum unitorum ritus graeci Ruthenorum archiepiscopum et cler. reg. S. I. coll. Polokensis in lite orta super bonis a Steph. Bathori Pol. rege anno 1682 d. coll. datis coram caus. pal. apostolici auditorio. Antonio Eugenio archiepõ Ephesino, suo apud Frider. Augustum regem Nuntio committit ut intra tres annos termini in agris conversis apponantur.
R. ap. S. M. M. XI Iun. 1762 P. an. IV.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide IV.* 77.

23. *Litterarum tuarum.* - Clem. XIII Alexandro episcopo Valentino condolet de iniuriis quas in Gallia S. I. accipit, ne ullo quidem crimine in iudicio accusata, et de amandatis veteribus, novisque adscitis magistris, eumque obsecrat ut intendat oculos ne praeceptores novarum doctrinarum amantes adhibeantur.
R. ap. S. M. M. 8 kal. Iul. 1762 P. an. IV.

*Reiffenberg, op. cit. Mant.* p. 148. — *De Ravignan, op. cit. II.* p. 277.

24. *Coelestium munerum.* - Clem. XIII religiosis S. I. a Laur. Ricci Praep. Gen. d. S. mittendis et fidelibus ad quos mittentur, ubi tamen non erunt missionarii Congr. de P. F., benedictionem apost. et ind. plen. concedit. Ad septennium (Cfr. Ben. XIV, n. 72).
R. ap. S. M. M. XI Iul. 1762 P. an. IV.

*Bull. Rom. — Bull. de pr. f. IV.* 81 — *Ex typ. cam. ap.* *Bullae.*

25. *Quae hic acta.* Clem. XIII Stephano Ren. Card. de Gesures, quae III. non. Sept. in consistorio acta sunt nuntiat : edicta seu arresta parlamentorum, quibus isthic S. I. prostrata est et S. Sedis dignitas impetitur, damnata, abolita atque irrita et nulla declarata fuisse : hortatur eum ut intellecta voluntate sua, multo fiat ardentior.
R. ap. S. M. M. VII Sept. 1762 P. an. V.

*Bull. Rom.*

26. *Spem inter et metum.* - Clem. XIII Io. Francisco Card. Rochechouartio nunc., oblatum scandalum ex eo quod a saecularibus aliquot curiis contra S. I. gestum est, amoliri cupiens, significat in cons. secr. III huius mensis habito infirmata et rescissa fuisse quae ab illis gesta sunt.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. 1762 P. an. V.

*Bull. Rom.*

27. *Perrupta omnia.* - Clem. XIII Lud. Const. Cardinali de Rohan, quae in cons. secr. III huius mensis acta sunt adversus saecularium Gallic. regni curias significat, hortatur ut alacriore strenuitate Ecclesiae operam adhibeat.
R. ap. M. M. VIII Sept. 1762 P. an. V.

*Bull. Rom.*

28. *Permolesta tibi.* - Clem. XIII Antonio Cardinali de Choiseul significat se in consistorio secreto III Sept. rescidisse acta supremarum Gallicani regni curiarum quibus S. I. Institutum, ab Ecclesia comprobatum ut pium, declaratur impium.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. 1762 P. an. V.

*Bull. Rom.* — *Reiffenberg. Mant.* p. 149. — *Sensa RR. PP. Clem. XIV praedecessorum*, 1776 p. 80.

29. *Quanta Gallicani.* - Clem. XIII Ioachimo Card. de Bernis significat se aliquot curiarum, arroganter ad suum iudicium S. I. Institutum revocantium acta in cons. secr. III Sept. rescidisse.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. P. an. V.

*Bull. Rom.*

30. *Cum illatum nobis.* - Clem. XIII Paulo Card. de Luynes

significat edicta seu arresta parlamentorum in Societatem Iesu fuisse in consist secr. III Sept. rescissa, eumque ad vindicandam ab iniuriis cath. Ecclesiam hortatur .
R. ap. M. M. VIII Sept. 1762 P. an. V.

*Bull. Rom.*

31. *Accepimus fraternitatis.* - Clem. XIII Iusonem archiepiscopum Polocensem hortatur ut Mokiloviensem eccl., schismaticis ab eius regimine depulsis, Polocensi ab anno 1619 unitam restitui curet, nec litibus impediri se dicat a clericis reg. S. I., quas per Breve ante 6 menses diremptas scit, sed fines bonorum communi consensu partium terminet.
R. ap. S. M. M. IV Dec. 1762 P. an. V.

*Bull. Rom.*

32. *Litteras fraternitatis.* - Clem. XIII Guillelmum archiepiscopum Viennensem in Delphinatu laudat quod arbitrariae canonicorum regul. S. Ruffi suppressioni obstiterit ; de pulsis isthinc clericis reg. S. I. conquerenti significat remedia omnia se esse expertum ut tantam ab Ecclesia Dei propulsaret calamitatem.
R. ap. S. M. M. XIII Iul. 1763 P. an. VI.

*Bull. Rom.*

33. *In hac tanta gallicanae.* - Clem. XIII Stanislao Poloniae regi illustri commendat ut in Lotharingia sua, recentiorum errorum labe non infecta, clericos reg. S. I., quos avulsos fere omnes episcopi gallicani dolent, protegat coram nobilibus, et ut domum missionum S. I. a se fundatam ac Mussipontanam eiusd. Soc. academiam, quae adversus Lutheri, Calvini, Baii, Iansenii et Quesnelli errores Lotharingiam defendit, tueatur.
R. ap. S. M. M. XXIV Aug. 1763 P. an. VI.

*Bull. Rom.*

34. *Ingravescere in dies.* - Clem. III, Ioannis Fel. Henr. episcopi Lodevien. litteris respondens, miserandam religionis in isto regno faciem, propter verbum Dei erroribus Baii, Iansenii et Quesnelli adulteratum et propter novam philosophiam, deplorat, zelum epõrum accendit, et quid ipse contra curias Institutum S. I. proscribere ausas egerit per litteras trinas ad regem, recenset, iudicium

sese hac in re tulisse, quod nondum prolatum est in vulgus sed ut ex sacra Petri cathedra promulgetur reliquum est.
R. ap. M. M. XVII Sept. 1763 P. an. VI.

*Bull. Rom.*

35. *Litteras fraternitatis tuae.* - Clem. XIII Iosephi episcopi Vivariensis litteris de gallicanae ecclesiae calamitatibus respondens, dolet ictu oculi, nulla causa indicta istic exstinctam, praestantium pietate et doctrina virorum Societatem Iesu, iuventuti porro clausos puros fontes unde litteras, bonos mores et religionis amorem hauriebat, hortatur ut omni conatu constitutionem *Unigenitus* defendant episcopi et B. Petri cathedrae auctoritatem tueantur.
R. ap. S. M. M. VII Nov. 1763 P. an. VI.

*Bull. Rom.*

36. *Sacras res in vestra.* - Clem. XIII Ioanni M. epõ Rivensi condolet superioribus laicorum curiis in Gallia nihil iam esse sanctum, convulsam radicitus Ecclesiae potestatem, clericos reg. S. I. catholicae veritatis propugnatores egregios, indicta causa pulsos, metuendum ne catholica religio in Gallia pereat ; causam a iansenia-na haeresi et encyclica Ben XIV neglecta repetit, ad concordiam epõs hortatur.
R. ap. S. M. M. IX Nov. 1763 P. an. VI.

*Bull. Rom.*

37. *Cum ex pluribus.* - Clem. XIII Franc. epõ Montispesulani aerumnas ecclesiarum gallicanarum et epõrum fere omnium cum B. Petri Sede coniunctionem exponenti timorem depellendum esse significat ; pulsos esse cler. regulares S. I., traditam iuventutis disciplinam in periculum, ad sacramenta raros apparere fideles, mala haec se prospexisse ait cum ante 19 menses ad epõs Parisiis congregatos scribebat ; origo ex neglecta encyclica Ben. XIV super bulla *Unigenitus*.
R. ap. S. M. M. VII Dec. 1763 P. an. VI.

*Bull. Rom.*

38. *Etsi Societatem Iesu.* - Clem. XIII Ioannem episcopum Gratianopolitanum laudat de voluminibus conscriptis, quibus et Societatis Iesu, ab Eccl. cath. in Tridentina synodo commendatae,

causam adiuvit et iansenianae sectae adversus eam coniurationem et artes pudendas exposuit.
R. ap S. M. M. IV Apr. 1764 P. an. VI.

*Bull. Rom.* — *Sensa RR. PP.* p. 84.

39. *Iucundae nobis.* - Clem. XIII Nicolao episcopo Nolano gratum acceptumque esse gaudet quod carendum ipsi non sit Nolae Patrum S. I. opera, de quibus ex iis quos Reatae expertus est, facile coniicit; testatur se olim in Patavinae ecclesiae regimine, hoc annonae calamitosae anno Romae plurimam eorum utilitatem percepisse, dolere se de inimicorum in S. I. et Sedem Apostolicam conatibus nihilque non acturum quo S. I. pene obrutam tueatur.
R. ap. S. M. M. IX kal. Aug. 1764 P. an.

*De Ravignan*, *op. cit.*, p. 291.

40. *Inter praecipuas.* - Clem. XIII Maximiliano Ios. Bavariae Duci, S. R. Imp. Electori in mentem revocat quod Ben. XIII in causa decimarum coll. S. I. Neoburgensis avum eius Maxim. monuit, ad iudicium laicale trahi non posse causam ecclesiasticam, idemque eum monet, ne sc. illam causam ab eccl. iudicio subducat.
R. ap. S. M. M. XXXI Iul. 1764 P. an. VII.

*Bull. Rom.*

41. *Lecta pastorali epistola.* - Clem. XIII Iacobo episcopo Andegaven. moerorem et admirationem significat quod famosum *Librum assertionum*, unde pro exstinguenda in isto regno S. I. rationes petitae sunt, pastorali epistola laudaverit, et, antequam apostolicam vocem tollat, hortatur ut pedem inde referat, quo progredi non oportebat.
R. ap. S. M. M. XIX Sept. 1764 P. an. VII.

*Bull. Rom.* — *Sensa RR. PP.*, p. 91.

42. *In plurimis.* - Clem. XIII Ludovico episcopo Alesien. pastoralem instructionem adversus S. I. ante quinque menses datam a populo Alesiensi improbatam exprobrat, et orat ut abstergat lacrymas Ecclesiae.
R. ap. S. M. M. XIX Sept. 1764 P. an. VII.

*Sensa RR. PP.*, p. 95.

43. *Quod complures.* - Clem. XIII Henricum archiepiscopum Turonen. dolentem statum eccl. gallicanae, S. I. fere deletam et ab ea ad Ecclesiam, si fieri posset, exscindendam iansenianorum auspicatos esse furores, urget ne instructionem quam ea de re paratam habet diutius desiderari patiatur.
R. ap. S. M. M. XIV Nov. 1764 P. an. VII.

*Bull. Rom.*

44. *De aerumnosissimo.* - Clem. XIII Henrico Gastoni epõ Apamiarum conquerenti de laica potestate auctoritati Ecclesiae infesta, de S. I., cuius Institutum ab Eccl. habitum est ut pium, isthic exstincta, de iansenianorum secta, significat consultum fore si adhaesisset novissimae Instructioni Christophori archiepiscopi Parisien.
R. ap. S. M. M. XII Dec. 1764 P. an. VII.

*Bull. Rom.*

45. *De misero gallic. ecclesiae.* - Clem. XIII Henr. Iac. epõ Sarlatensi, de iansenianorum flagitiis ad se plures epistolas scribenti respondens, constitutionem *Unigenitus* dogmaticum esse decretum iterato asserit, de S. I. toto fere Galliarum regno exstincta, quae velut munimentum eorum conatibus opposita erat, dolet *librumque assertionum* damnat.
R. ap. S. M. M. XIV Dec. 1764 P. an. VII.

*Bull. Rom.*

46. A. P. R. M. *Apostolicum.* - Clem. XIII Institutum S. I., in Tridentina synodo et a RR. PP. approbatum, ab episcopis ex omnibus regionibus catholicis commendatum, contra malevolorum calumnias tuetur, speciatim vota, exercitiorum spir. usum, congregationes B. M. V. laudat, et omnes pro S. I. editas constitutiones praedecessorum suorum, confirmationis suae robore munitas vult.
R. ap. S. M. M. VII id. Ian. 1764 P. an. VII.

*Bull. Rom.* — *Nov. bull. S. I.* 309.

47. Cong. sac. rit. et ind. - Patritio Agabito S. I. missionario petente, SS. D. N. omnibus fidelibus qui exercitiis ab oratore dandis per 8 dies interfuerint et bis denis dominicis sequentibus in hon. B. M. V. communicant, ind. plen. in ultima dom. et 7 ann.

et quadr. in aliis concedit. Absque brevi et quousque orator munere fungetur... S. Borgia secr.
12 Mart. 1765.

*Bullae.*

48. *Qui ex Hispaniarum.* - Clem. XIII Assentio episcopo Barchinonen. laetitiam quam ex constitutione *Apostolicum* cepit, gratulatur, eosque qui ex S. I. istic sunt, vitam ad normam Instituti morum innocentia et pietatis studio exhibere gaudet.
R. ap. S. M. M. XIII Mart. 1765 P. an. VII.

*Bull. Rom.*

49. *Iucundissimae nobis.* - Clem. XIII Ioanni archiepiscopo Tarraconen. gratulatur de consolatione quam ex Instituti S. I. confirmatione cepit, noluisse se ut ex silentio suo fideles suspicarentur aliquid in d. Instituto vitii latere, voluisse mœrentem Societatem erigere et consolari.
R. ap. S. M. M. XIII Mart. 1765 P. an. VII.

*Bull. Rom.*

50. *Constitutionem qua nuper.* - Clem. XIII Iosepho Mariae episcopo Mutinen. iucunditatem ex const. *Apostolicum* allatam esse grato animo accepit, oportuisse maculam deleri quam S. Sedi inurere studuerunt infensi homines, impium declarando Institutum quod ut sanctum et pium probaverat.
R. ap. S. M. M. XVI Mart. 1765 P. an. VII.

*Bull. Rom. — Sensa RR. PP.*, p. 115.

51. *Perplacuerunt nobis.* - Clem. XIII Ioanni Ios. episcopo Cauriensi gratissimam fuisse const. qua Trid. synodi de Inst. S. I. praeconio, praedecessorum suorum et episcoporum ex omni natione iudicio compulsus confirmavit d. Institutum, gaudet et hortatur ut patrum S. I. opera uti pergat.
R. ap. S. M. M. XVII Apr. 1765 P. an. VII.

*De Ravignan op. cit.*, p. 311. — *Sensa RR. PP.*, p. 113.

52. *De Constit. nostra* - Clem. XIII Iosepho epõ Solsonae, recte putanti S. Sedem non potuisse silere diutius in vindicanda S. I. et Ecclesia a malevolis, gratulatur laetitiam ex const. *Aposto-*

*licum* perceptam ; vult eum admonere clericos d. S. ut persecutiones in suam et proximorum utilitatem convertant.
R. XIX Maii 1765 P. an. VII.

*De Ravignan op. cit.* p. 315.

53. *Ex litteris fraternitatis.* - Clem. XIII Isidoro epõ Conchen. constitutionis *Apostolicum* fructus referenti gratulatur socios eiusmodi Instituti ab Ecclesia Tridenti approbati et adiutores eum habere.
R. ap. S. M. M. XXII Maii 1765 P. an. VII.

*De Ravignan op. cit.* p. 316.

54. *Occurrerunt nobis.* - Clem. XIII Stephano epõ Tarraconen. valde devinctum esse suum animum persuadet quod constitutio *Apostolicum* tanta eum eiusque dioecesim perfuderit laetitia ; petit orari ut inimicorum S. I. amaritudo leniatur et religiosorum eiusdem Soc. alacritas augeatur.
R. ap. S. M. M. XXII Maii 1765 P. an. VII.

*De Ravignan op. cit.* p. 317.

55. *Binos a fraternitate tua.* - Clem. XIII Henrico Iac. epõ Sarlatensi gratulatur litteras et pastoralem instructionem, typis excusam, quibus de const. *Apostolicum* gaudet.
P. ap. S. M. M. XXIX Maii 1765 P. an. VII.

*Bull. Rom.*

56. *De S. I. eiusque Instituto.* - Clem. XIII Antonio archiepõ Pragen. de fructibus S. I. in sua dioecesi et de const. *Apostolicum* gaudenti congratulatur.
Castr. Gandulphi V Iun. 1765 P. an. VII.

*De Ravignan op. cit.* p. 313.

57. *Accepisse te scribis.* - Clem. XIII Isidoro epõ Pincien. (Valladolid) gratulatur laetitiam ex constit. *Apostolicum* perceptam, neque potuisse eos qui odio S. I. indulgent ab huius disciplina fideles avertere.
R. ap. S. M. M. VIII Iun. 1765 P. an. VII.

*De Ravignan op. cit.* p. 318.

58. *Excepisse te.* - Clem. XIII (Francisco) epõ Urgellitano significanti pii S. I. Instituti confirmatione apostolica malevolorum hominum maledicentiam nonnihil repressam esse gratulatur, et gaudet ad epõrum gallicanorum de S. I. sententiam accessisse epõrum hispanorum iudicium quorum plerique d. Constitutionem sibi sunt gratulati.
R. ap. S. M. M. VIII Iun. 1765 P. an. VII.

*De Ravignan op. cit.* p. 319.

59. *Societatem Iesu.* - Clem. XIII Francisco epõ Teruelen. de commendata ante 5 annos et nunc constitutione *Apostolicum* vindicata S. I. gratias agenti, commendat impigros in excolenda vinea Domini operarios S. I.
R. ap. S. M. M. VIII Iun. 1765 P. an. VII.

*De Ravignan op. cit.* p. 320.

60. *Quam grata acciderit.* - Clem. XIII Augustino epõ Ovetano de constitutione *Apostolicum* gaudenti et S. I. clericos in sua dioecesi strenue munera praestabilia obeuntes praedicanti censet non esse cur S. I. commendetur.
R. ap. S. M. M. VIII Iun. P. an VII.

*De Ravignan op. cit.* p. 321.

61. *Scribis Constitutionem.* - Clem. XIII Gaspari epõ Pampilonen., pro confirmato pio S. I. Instituto gratulanti, laudat patientiam qua religiosi d. S. suorum seu potius S. Sedis inimicorum contumelias tulerunt.
R. ap. S. M. M. X Iul. 1765 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

62. *Quos Institutum.* - Clem. XIII Antonio epõ Oscensi de confirmato Instituto S. I. gratias agenti supervacaneum ducit illos regulares commendare.
R. ap. S. M. M. X Iul. 1765 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

63. *Redditae sunt nobis.* - Clem. XIII Isidoro epõ Zamoren. pium S. I. Institutum confirmatum laudanti et gravissimum de regularibus d. S. testimonium reddenti, significat congruere

laudes et testimonia eius iis quae complures episcopi ad S. P. scripserunt.
R. ap. S. M. M. X Iul. 1765 P. an. VIII.

*De Ravignan op. cit.* p. 324.

64. *Dolorem nostrum.* - Clem. XIII Nicolao epõ Basileen. prolixe S. I. Institutum novissima constitutione confirmatum laudanti gratulatur optatque ut filios S. I. ament aliquando qui eos oderunt, si sectari non possunt, collaetentur saltem et gratulentur melioribus.
R. ap. S. M. M. XXI Aug. 1765 P. an. VIII.

*De Ravignan op. cit.* p. 327.

65. *Perquam grata.* - Clem. XIII episcopi Civitaten. periucundam ex Const. *Apostolicum* laetitiam laudat, retundenda fuisse tela quibus per latus S. I. Apostolicam Sedem sauciare conabantur Ecclesiae hostes, simpliciore ingenio praeditos, ubi vocem emisit sensisse se fuisse deceptos.
R. ap. S. M. M. IV Sept. 1765 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

66. *Accepimus litteras.* - Clem. XIII Antonio epõ Orthonen. et Caplen. gratulatur de gaudio ex Constit. *Apostolicum* quae S. Sedis et Ecclesiae iudicium defendit, et significat consolationem suam ex litteris plurimorum epõrum testantium alacritatem cler. reg. S. I. non relanguescere.
R. ap. S. M. M. IX Sept. 1765 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

67. *Gratulatio tua.* - Clem. XIII Iosepho episcopo Massae Lubren., suam et plurimorum regni istius episcoporum gratulationem de const. *Apostolicum* offerenti, et quid praestiterint istic regulares S. I. in levanda annonae difficultate testanti, commendatissimos eos esse vult.
R. ap. S. M. M. IX Sept. 1765 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

68. *Qui in isto amplissimo.* - Clem. XIII Antonio episcopo Leucorien. catholicorum in isto regno ex cler. reg. S. I. calamitate

moerorem et ex const. *Apostolicum* laetitiam referenti, gratum promit animum; quo maiore illos favore et studio foverit, eo plus sibi apostolicae voluntatis et gratiae conciliabit.
R. ap. S. M. M. XIII Nov. 1765 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

69. *Qui egregium.* - Clem. XIII Clementi regio Poloniae Principi e Ducib. Saxoniae electo episcopo Frisingen. et Ratisponen. committit ut apud Maxim. Ios. Bavariae Ducem agat, ne Ecclesiae iniuria inferatur neve pars collegio Neoburgensi S. I. adversa, ad laicalem potestatem iudicium causae decimarum trahat.
R. ap. S. M. M. VII Dec. 1765 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

70. *Quod plurimi.* - Clem. XIII Carolo Mich. archiepiscopo Goritien., de const. *Apostolicum* gratulanti et referenti per 3 coll. S. I. a Clem. VIII haeresi obiecta ab omni errore abstersam olim regionem neque praesentes d. S. clericos se maioribus exhibere inferiores, consolationem incredibilem sibi inde allatam esse significat.
R. ap. S. M. M. VII Dec. 1765 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

71. Ex audientia Sanctissimi. Ad hum. preces Laur. Ricci S. I. Praep. Gen. Clem. XIII concessit eidem et successoribus facultatem impertiendi d. S. religiosis in artic. mortis bened. cum ind. plen. Perpetuis futuris tempor. absque brevis exped. valitura.
XXI Ian. 1766.

*Anal. Iur. Pontif. III.* 1105. — *Ex typ. cam. ap.* 4°. *Bullae.*

72. *Alias fel rec.* - Clem. XIII, petente procuratore gen. S. I. ad 15 annos prorogat indulgentiam plenariam pro communione generali una ex dominicis cuiuslibet mensis concessam ab Inn. X, Alex. VII, Inn. XI, Inn. XII, Clem. XI, Inn. XIII, Clem. XII (n. 19) et Ben. XIV.
R. ap. S. M. M. XXI Ian. 1766 P. an. VIII.

*Ex. typ. cam. ap.* *Bullae.*

73. *Societatem Iesu.* - Clem. XIII Silvestro archiepiscopo

Surrentino, de const. *Apostolicum* gratias agenti, eam mentem a Deo sibi datam testatur, ut scandalum amoveret, Ecclesiae, praedecessorum suorum et episcoporum plurimorum iudicium de d. S. confirmaret.
R. ap. S. M. M. XXIV Ian. 1766 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

74. *Libentissime accepimus* - Clem. XIII Mariano episcopo Portusdivitis, gaudium suum ea const. *Apostolicum* communicanti, significat quantae consolationi sibi fuerint plurimorum ex omni natione quae sub caelo est litterae gratulationis et d. Mariani nuntii de duris laboribus S. I. et sanguine saepe effuso in sua dioecesi.
R. ap. S. M. M. XXII Febr. 1766 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

75. *Exponi nobis nuper.* - Clem. XIII Francisco Card. de Solis, Ispalen. eccl. praesuli, exponente Ios. Baena S. I. moderatore prov. Beticae, concedit, praevia derogatione testament. dispositioni Gondisalvi de Campo archid. de Elepla anni 1615, ut in coll. S. I. Ispalensi nunc absoluto, loco theologiam repetentium vel tertium probationis annum agentium totidem religiosi S. I. missionarii constituantur.
R. ap. S. M. M. IV Mart. 1766 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

76. *Accepta constitutione.* - Clem. XIII Michaeli Anselmo episcopo Antequeren. de const. *Apostolicum* gratulanti exponit confirmationem pii Instituti S. I., a 19 Pontificibus probati, adversus contumelias sectae quae velut cancer serpit, Ecclesiae opportunam fuisse.
R. ap. S. M. M. IX Apr. 1766 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

77. Clem. XIII *Breve ad Regem Catholicum* ne sinat Iesuitas e suis regnis expelli (1).
XVI Apr. 1766.

(1) Huius autographa editor Bullarii Romani in archiviis Vaticanis non adinvenit, iniuria temporum fortasse deperdita vel commixta. Italice data sunt a continuatore H. E. Bercastel, Ven. 1831. t. 33, p. 194; cfr. annotat. in *Vita Clem. XIII* Ven. 1769, p. 64: gallice a Theiner *H. de Cl. XIV*, I, p. 77; latine *Sensa RR. PP.* 116.

78. A. P. R. M. *Ad augendam.* - Clem. XIII clericis regularibus S. I. qui confessi et d. communione refecti aliquam ex ecclesiis d. S feria VI octavam solemnitatis SS. Corporis Christi immediate sequente devote visitaverint, plen. indulg. concedit. Perpetuo valitura; exemplis etiam impressis manu procuratoris gen. S. I. et sigillo d. S. munitis fides adhibeatur.
R. ap. S. M. M. XXVIII Maii 1766 P. an. VIII.

*Bullae.*

79. *Gratulabundas.* - Clem. XIII Petro Anselmo episcopo Michaoconen., de const. *Apostolicum* gratulanti causas aperit confirmatae S. I., declaratum oportuisse se eadem de Instituto illo sentire quae universa cum praedecessoribus suis adhuc sentit Ecclesia, iustitiam postulasse ut a criminatione vindicarentur qui, quod adversus novatores catholicam fidem et apostolica decreta defenderent, divexantur.
R. ap. S. M. M. XXIII Iun. 1766 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

80. *Nihil Societati Iesu.* - Clem. XIII Iosepho episcopo Chiapen., de const. *Apostolicum* gratias agenti testatur episcoporum omnium, qui eam const. sibi gratulati sunt, unam vocem esse, S. I. Ecclesiae fuisse et esse maxime fructuosam et frugiferam, Deum precatur ut semper illi maneat in Petri Sedem incorrupta fides et praeclara devotio.
R. ap. S. M. M. XXVI Iun. 1766 P. an. VIII.

*Bull. Rom.*

81. Cong. sac. rit. et ind. - Petente procur. gen. S. I. in nomine rectoris S. I. in Danzica, S. D. N. ind. plenariam, generaliter concessam pro visitantibus aliquam eccl. S. I. in sex festivitatibus SS. Ign. Fr. Xav. Fr. Borg. I. Fr. Regis, Stan et Alois., ad dominicam infra octavam earumdem respective festivitatum pro omnibus visitantibus eccl. praefati collegii benigne transtulit. Ex secr. - S. Borgia, secr.
9 Sept. 1766.

*Bullae.*

82. A. F. R. M. *Animarum saluti.* - Clem. XIII, supplicante Laur. Ricci S. I. Praep. Gen. indulgentias et facultates ultimo a

Ben. XIV (supra n. 33.) in Indiis concessas ad 20 annos renovat.
R. ap. S. M. M. X Sept. 1766 P. an. IX.

*Bull. Rom.* — *Bull. de propag. fide IV,* 125.

83. Decretum ind. plen.... Ex aud. SSmi. Ad humillimas preces Laur. Ricci Praep. Gen. S. I. SS. D. N. Clem. PP. XIII Christi fidelibus qui decem dominicis diebus ante festum S. Ignatii Loiolae sive alias per annum... sanctificaverint et aliquam ecclesiam S. I. visitaverint, in qualibet ex praed. dominicis plen. ind. concessit. - N. Card. Antonellus, S. Borgia secr.
R. ex secr. S. C. indulg. 27 Ian. 1767.

*Ex typ. cam. ap.* *Bullae.*

84. *De puella ista.* - Clem. XIII Iosepho Sammating S. I. presb., Magni Etruriae Ducis confessario significat a se ad Principem, ad Nuntium, ad archiepõs Florentinum et Pisanum et ad ipsum Iosephum fuisse scriptum de puella iudaea in vitae periculo baptizata et iussu Ducis patri reddita; post similem casum in civitate Regiensi, in quo iuri Ecclesiae a Duce Mutinensi satis factum est, ut Princeps sibi persuadeat suam animam de aet. salute periclitari, a confessario expectat.
R. ap. S. M. M. XIV Apr. 1767. P. an. IX.

*Bull. Rom.* — *Bull. de pr. fide. IV,* 144.

85. *Gravissimo et plane inopinato.* - Clem. XIII Ioanni archiepõ Tarraconen. significat se perculsum nuntio pulsos esse a Carolo Hisp. rege cathol. S. I. clericos regulares, admirari tam subitam eorum, quos plurimi Hisp. epõrum sibi commendarunt, mutationem, si qui inter eos Principem graviter laeserit, non idcirco in omnes animadvertendum, se paratum esse ad ea corrigenda quae rex in S. I. irrepsisse deprehenderit, huc potissimum spectandum ne si S. I in Hisp. intereat religio apud barbaras nationes pereat.
R. ap. S. M. M. XXI Apr. 1767 P. an. IX.

*Bull. Rom.*

86. *Improvisum.* - Clem. XIII Ioachico de Osma O. Min. S. Fr. confessario Regis catholici commendat ut optimo Principi, cui se in via Domini ducem praebet, de inexpectata calamitate S. I. et

de clade animarum innumerarum quas de manu regis requiret Christus, consilia suggerat.
R. ap. S. M. M. XXI Apr. 1767 P. an. IX.

*Bull. Rom*

87. *De repentina.* - Clem. XIII Aloysio card de Corduba archiepõ Toletano significat dolorem de calamitate S. I., quam anno superiore plurimi Hisp. episcopi commendarant, quam in sua dioecesi idem Aloys. utilem testatur, excruciari se clade animarum in Hisp. et praesertim apud barbaras gentes.
R. ap. S. M. M. XXX Apr. 1767 P. an. IX.

*Bull. Rom.*

88. Decretum extensionis indulgentiae.. Ex aud. SSmi. Ad humillimas preces Laur. Ricci Praep. Gen. S. I. SS. D. N. Clem. PP. XIII ind. plen. concessam clericis regularibus eiusdem Soc. in fer. VI post octavam SS. Corp. Christi clementer extendit ad fideles qui in praefata feria eccl. S. I. visitaverint ibique per aliquod tempus anti SS. Euch. sacr. vel ante Servatoris nostri Iesu imaginem iuxta mentem Sanct. suae oraverint. Absque brevi, perpetuo valitura. - N. Card. Antonellus praef. S. Borgia secr.
R. ex secr. S. C. ind. 2 Iun. 1767.

*Ex typ. cam. ap.* *Bullae.*

89. *Ad augendam fidelium.* - Clem. XIII universis Christifidelibus eccl. S. I. visitantibus 5 Febr. ind. plen. concedit. Ad septennium.
R. ap. S. M. M. XI Aug. 1767 P. an. X.

*Bull. Rom.*

90. *De clericorum reg. S. I.* - Clem. XIII comiti de Kaunitz significat de calamitate S. I. ex utraque Sicilia et regno Neapolitano expulsae exponere Nuntium apost. apud caes. aulam a se esse iussum litterasque mitti ad Mariam Theresiam, postulat ut apud reginam apostolicam officia sua conferat ut laesae dignitati Pontificiae satisfiat, et commendat S. I. cuius utilitatis testes habet epõs ex omni natione de eius incolumitate sollicitos.
R. ap. S. M. M. V Dec. 1767 P. an. X.

*Bull. Rom.*

91. *Cum ex utraque Sicilia.* - Clem. III comiti Colloredo significat et per Nuntium apostolicum exponi iussit iniuriam tum apostolicae suae in Ecclesia potestati, tum summi sui in eccles. ditionem imperii maiestati illatam per S. I. e Sicilia expulsionem de qua iniuria scribi iussit ad caesar. maiest. Iosephi, rogat ne Rom. Ecclesiam desertam cum tanto probro patiatur.
R. ap. S. M. M. V Dec. 1767 P. an. X.

*Bull. Rom.*

92. *Incredibilem nobis.* - Clem. XIII Antonio Card. Sersalio, cuius vic. gen. iis conventibus in quibus iniqua de expellenda noctu militari manu ex utraque Sicilia S. I. consilia suscipiebantur, cum saecularibus ministris aderat, et ecclesiastici homines gravissimo ausu delectabantur, exprobrat silentium, quod quonam modo possit cum officio suo componere videat.
R. ap. S. M. M. XXIX Dec. 1767 P. an. X.

*Bull. Rom.*

93. *In ea quam clerici.* Clem. XIII Philippo epõ Aliphano exprobrat quod cum nonnullis episcopis consiliis de S. I. in Sicilia calamitate adesse non veritus sit, hortatur suae conscientiae consulat neque amplius quocunque praetextu etiam fugiendi gravioris mali ad tales conventus in posterum conveniat.
R. ap. S. M. M. XXIX Dec. 1767 P. an. X.

*Bull. Rom.*

94. *Quae tui facti.* - Clem. XIII Emmanueli Pinto magno magistro Hospitalis S. Ioan. Hierosolymitani exprobrat rationem facti in paranda profectione ex ista insula cler. reg. S. I. et in occupandis eorum bonis, contra rationem a S. Pontifice statutam, emolliri se tamen per litteras eius 15 Iun. significat, et quid praestare teneatur declarat.
R. ap. S. M. M. XIII Iul. 1768 P. an. X.

*Bull. Rom.*

# CLEMENTIS XIV.

Clemens XIV, Burgopacensis, fr. Laurentius Ganganelli, Ord. conventualium S. Francisci, intercessione cuiusdam e nostris Romam vocatus et regens collegii S. Bonaventurae factus, anno 1743 theses ab uno e suis propugnandas S. Ignatio de Loyola dedicari voluit. Anno 1759, Clementi XIII, qui religiosum aliquem sacra purpura ornare cogitabat, a cardinali Spinelli ut iesuitarum amicus propositus, cardinalis tit. S. Laurentii in Pane et perna creatus est, dein tit. SS. XII Apostolorum accepit. XIX Maii 1769 electus Papa, XXVIII eiusdem mensis episcopus consecratus, et IV Iunii coronatus est.

Mense Iulio ad regem Galliae scripsit sibi non licere vituperare vel abolere Institutum S. I. a concilio Tridentino et a 19 praedecessoribus suis approbatum, paratum tamen se profitebatur ad concilium cogendum in quo iesuitae causam suam agerent; imperatorem, regesque Sardiniae et Prussiae in Societatis gratiam ad se litteras scripsisse addebat. Porro ditionem Avenionensem et Beneventanam alienari a statu Pontificio iniquum esse solaque vi id fieri posse protestabatur. Demum anno 1773, a ministris regum borbonicorum et praecipue a comite de Florida Bianca, pacem universalem, si exstincta esset Societas, pollicentibus, compulsus, breve *Dominus ac Redemptor*, cuius ipsemet exordium *Rex pacificus* scripsit, 21 Iulii subsignavit, et 16 Aug. Romae publicari et executioni mandari iussit.

Numerabat Societas 6 assistentias, 41 provincias, 24 domos professas, 61 domos probationis, 171 seminaria, 669 collegia, 340 residentias et 273 missiones: universim socios 22,589. (De Novaes).

---

1. *Coelestium munerum.* - Clem. XIV petente Laur. Ricci Praep. Gen. missionariis S. I., ubi tamen non erunt missionarii Congr. de prop. fide, et fidelibus ad quos accesserint apost. bened. et plenar. indulgentiam ad septennium concedit. (Cfr. Cl. XIII, n. 24.)

R. ap. S. M. M. XII Iul. 1769 P. an. I.

*Nov. bull. S. I.* p. 312. — *Typ. cam. ap.* *Bullae.*

2. *Essendo à Noi ben nota.* - Clem. XIV comite de Oeyras, fidelissimi regis primo ministro de S. Sede bene merito communicat suum desiderium ut offeratur sibi promovenda ad sacram purpu-

ram persona regi grata, ut accipiatur in Nuntium Apostolicae Sedis Innocentius Conti, ut sibi secreto nota fiant res curiae lusitanicae et ut a fœderatis curiis in negotio quod Pontifex exsequendum assumpsit non urgeatur inopportune.

28 Aug. 1769.

*Arch. Stonyhurst (exemp. lithog.).*

3. *Le dernier projet.* - Clem. XIV Ludovico Francorum regi de accepto per Card. de Bernis consilio eius (circa suppressionem S. I.), significat id sibi placuisse et exspectari a se memoriale de eodem negotio, se postea ipsi satisfacturum.

R. ap. S. M. M. pr. kal. Oct. 1769 P. an. I.

*Theiner, Cl. XIV P. M. epistolae et brevia*, 1852. p. 31.

4. *Solliciti nos.* - Clem. XIV Emmanueli Pinto hospit. S. Ioan Hieros. magno magistro, suum studium ad pietatis opera, antea per sacerdotes S. I. in insula Melite praestari solita, vel retinenda vel augenda declaranti, committit administrationem ecclesiae, collegii et bonorum omnium S. I. simul et praedicationem, missiones, congregationes, scholas ; illaesa vult onera bonis illis inhaerentia, pensiones superstitibus sociis debitas et iura mensae episcopalis aut seminarii clericales.

In arce Gandulphi XX Oct. 1769 P. an. I.

*Theiner, op. cit.* p. 33.

5. *Qualora il signor comendatore.* - Clem. XIV commendatori Almada, fidelissimi regis apud S. Sedem min. plenipotentiario, significat se paratum quum placuerit ei ad gratias agendas regi et ministro eius Caravaglio de restituta nuntiatura. Rem ipsi confidentialiter committit, secretum postulans.

Dal Quirinale 28 Nov. 1769.

*Arch. Stonyhurst (ex. lithogr.).*

6. *Stimiamo nostro.* - Clem. XIV Carolo Hisp. regi catholico significat intentionem suam adimplendi ea ad quae obligatus est, colligi a se documenta quibus formet suum *motu proprio*, unde constabit iesuitas e regno Hispaniae sapienter fuisse expulsos ;

petit ut sacra maiestas moras excuset, cui benevolentiae signa indubia danda ne dubitet.
R. ap. S. M. M. pr. kal. Dec. 1769 P. an. I.

*Theiner, op. cit.* p. 37.

7. *La benigna accoglienza.* - Clem. XIV, Iosepho I, regi fidelissimo, gaudium suum significat de acceptato novo Nuntio Apostolico, Innocentio Conti, qui maiestati regiae serviet prompte, paratus ad exhibenda fidelissimo regi sicut et regi Hispaniae, in communi negotio bene noto, eadem testimonia benevolentiae.
R. ap. S. M. M. X Dec.

*Arch. Stonyhurst (ex. lithogr ).*

8. A. F. R. M. *Tanta semper.* - Clem. XIV, petente Henrico Card. duce Eboracensi episcopo Tusculano, et attenta eius oblatione annuae praestationis, unionem scholarum publicarum et seminarii Tusculani a Ben. XIII tunc in minoribus et episcopo Tuscul. ecclesiae factam cum coll. S. I. dissolvit et seminarium tam quoad oblationes quam quoad alia omnia vice d. collegii substituit.
R. ap. S. M. M. XII Feb. 1770 P. an. I.

*Bull. Rom.*

9. A. P. R. M. *Ferrariensem studii.* - Clem. XIV, exponentibus reformatoribus studii universitatis Ferrariensis, haereditatis ab Alberto Penna anno 1688 relictae cum onere fundandi collegium S. I. et cum expressa prohibitione commutationis suae voluntatis, attentis d. collegii anno 1692 erecti et 1727 relicti vicissitudinibus, administrationem ad collegium reformatorum d. studii in posterum spectare et pertinere, non obstante ultima d. Alberti voluntate, decernit.
R. ap. S. M. M. XXIII Ian. 1772 P. an. II.

*Bull. Rom.*

10. *Alias nos.* - Clem. XIV Mario Card. Marefusco, per breve 6 Mart. 1771 deputato visitatori apostolico coll. Hibernensis, post relationem de visitatione, concedit facultatem derogandi testamento Ludovici Card. Ludovisii anni 1629, in ea parte qua ipse commisit

presbyteris S. I. gubernium d. collegii, eosque removendi. Ipsi d. collegium subiicit.
R. ap. S. M. M. XVIII Sept. 1772 P. an. IV.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide IV,* 180.

11. *Praeclaram et pene singularem.* - Clem. XIV Henrico episcopo Tusculano Card. duci Eboracensi nunc., antea per breve 28 Iul. 1770 in visitatorem apostolicum collegii, seminarii et scholarum publ. civ. Tusculanae constituto, iniungit ut eccl. et coll. S. I. una cum bonis d. seminario perpetuo uniat.
R. ap. S. M. M. X Nov. 1772 P. an. IV.

*Bull. Rom.*

12. *Cum super bonis.* - Clem. XIV Paschali Card. Aquaviva de Aragonia iniungit ut, cum de bonis collegii Germ. et Hung. et coll. S. I. Senogalliensis nonnullas provisiones praescribere intendat, possessionem dd. bonorum apprehendat, clericos saeculares d. S. amoveat etc. Omnes ordinarios, gubernatores pro executione praestare opem vult.
R. ap. S. M. M. XXV Iun. 1773 P. an. V.

*Bull. Rom. — Bull. de propag. fide IV,* 193.

13. *Cum super bonis.* - Clem. XIV Franc. Ant. episcopo Montis Alti committit ut, cum de bonis coll. Rom. S. I. in loco de Fiastro nunc. provisiones nonnullas praescribere intendat, possessionem dd. bonorum apprehendat, et clericos regulares d. S. amoveat. Civitatis praesidi praecipit ut mandata exsequi curet.
R. ap. S. M. M. XXV Iun. 1773 P. an. V.

*Bull. Rom.*

14. A. P. R. M. *Dominus ac Redemptor.* - Clem. XIV, ministerio pacis sibi tam ad destruendum quam ad aedificandum commisso, exemplum sequens Innocentii III, Greg. X, Clem. V, Pii V, Urb. VIII, Inn. X, Clem. IX, qui ordines regulares legibus cohibuerunt, imo aliquot suppresserunt, attentis fine S. I. et constitutionibus SS. Pontificum in eius causa novisque confirmationibus, necnon contentionibus quas sustinet a quatuor regibus qui eam expulerunt et ubique supprimi cupiunt, muneris sui necessitate compulsus et pacis causa d. Societatem exstinguit et supprimit,

auctoritatem superiorum cassat, sociis providet, eos ad ministerium sacrum, ad erudiendam iuventutem, ad beneficia et stipendium habiles declarat, prohibet ne Brevis argumentum tractetur.
R. ap. S. M. M. XXI Iul. 1773 P. an. V.

*Bull. Rom.* — *Nov. bull. S. I.* 313.

15. A. F. R. M. *Gravissimis ex causis.* - Clem. XIV ad breve suppressionis S. I. exsequendum 5 cardinalium et 4 consultorum congregationem instituit, ei auctoritatem et legem secreti committit ac ius privativum deputandi ad varia ministeria a S. I. praestari solita.
R. ap. S. M. M. XIII Aug. 1773 P. an. V.

*Nov. bull. S. I.* 329.

16. Congr. de abolenda S. I. (Corsini, Marefoschi, Carafa, Zelada, Caselli cardd.) litterae ad episcopos ut congregatis in unum sociis S. I. litteras Apostolicae 21 Iul. denuncient, domorum S. I. possessionem apprehendent etc.
Romae XVIII Aug. 1773.

*Nov. bull. S. I.* 331.

17. Ignatius Iacobus ex supremis principibus Roxolanis Massalski episc. Vilnen., decreto contra S. I. nondum legaliter proclamato, commendat superioribus domorum d. S. ut adimpleant consuetas functiones, eis super personas in ipsorum contubernio habitantes suam potestatem communicat, literasque has in virtute d. obedientiae ad omnes d. S. domos transmitti et observari vult.
Varsaviae, 19 Sept. 1773.

*Arch. gen. S. I.* (1).

---

1. Ex audientia SSmi D. Pii VI d. 9 Aug. habita, ad tuendam regularem observantiam in locis quae Moschicae ditioni subsunt, committitur ad triennium Stanislao Siestrzencewicz episcopo Mallen.

(1) Cfr. *Institutum S. I.* Romae 1869, I, 418.

ordinaria iurisdictio super regularibus, quibuscumque contrariis non obstantibus. - Steph Borgia Cong de prop. fide secret.
Ex aedib. Congr. de prop. fide d. XV Aug. 1778.

*Arch. gen. S. I.* (1)

2. A. P. R. M. *Catholici praesules.* - Pius VI, petente Franc. Car. comite de Velbruck, episcopo et comite Leodien., seminario missionis pro catholicis britannicis a Maximiliano duce Bavariae anno 1625 sub cura presbyterorum regul. S. I. Leodii fundato consulens post suppressam S. I., efformatum in domo d. collegii novum instituti genus, veluti quamdam propaginem primaevae missionis, confirmat, ipsi aedes ac praediolum prope Chevremont quae antea ad praefatum collegium pertinebant, applicat.
R. ap. S. M. M. XVII kal. Oct. 1778 P. an. IV.

*Typ. exemp.* in-12, pp.7 (*Stonyhurst* P.4. 19,n.12). *Arch. Stonyhurst, authent.*

3. Stanislaus Siestrzencewicz a Bohuss episc. Albae Russiae, Delegatus Apostolicus, clero saeculari et regulari in mentem revocans studium Clem. XIV gratificandi augustissimae Russiae imperatrici, quo omisit executioni mandare in eius ditionibus bullam *Dominus ac redemptor*, et non minorem Pii VI erga eam voluntatem in non prohibendo ut clerici reg. S. I. in eius regionibus nomen, statum et habitum retineant, citat decretum Pii VI (n. 1) 2 Mart. publicatum, prospicit continuatae eorum existentiae et facultatem recipiendorum novitiorum impertitur.
Mohileviae ad Boristhenen in ord. resid. postr. festi SS. Petri et Pauli 1779.

*Arch. gen. S. I.* (1).

(1) Cfr. Instit. S. I. Romae 1869, I, 418.

# APPENDIX

—

## PAULI III.

5.[2] *Dudum pro parte.* - Paul III Francisco de Xavier, socio Societatis de Iesu nunc. theologiae professori Apost. Sed. Nuntio..... pro fundantibus vel dotantibus aliquod scholaribus in sacris litteris instituendis collegium indulgentiam concedit.
R. ap. S. P. 1540.

*Bull. patr. Portug.* I, p. 175.

25.[2] A. P. R. M. *Copiosus in misericordia Dominus.* - Paul. III, ad preces Ioannis de Vega proregis regni Siciliae ultra pharum et communitatis civitatis Messanae collegium S. I. in d. civitate erectum in universitatem studiorum constituit cum omnibus iuribus et privilegiis ordinariis prout in univ. Bononien. Parisien. Salmanticen. aliisque esse consueverunt, ad dispositionem A. R. P. Gen. Praep. S. I. Executionem mandat archiep. Rosian. epõ Salucian. et vicario archiepiscopi Messanen.
R. ap. S. P. XVI kal. Dec. 1548 P. an. XV.

*Sampieri, Messana sacra, III*, 533. *Fund. pr. Sicil. t. V.*

## IULII III.

6.[2] A. P. R. M. *In supereminenti.* - Iul. III confirmata unione prioratus B. Mariae de Andansia O. S. B. Viennen. dioec. cum gymnasio per nobilem virum Iustum de Turnone dominum in temporalibus baronem nunc. oppidi de Turnone Valentinen. dioec. d. gymnasium auctum et disciplinis altioribus docendis paratum iuribus et honoribus universitatis generalis studiorum ornat.
R. ap. S. P. III id. Maii 1552 P. an. III.

*Fund. Tolos. t. 4. Turnone.*

11.[2] Ioan. Andreas Crucis episc. Tiburtin. ecclesiam parochialem S. Salvatoris in civitate Tibure vac. per resign. Ioan. Domin. de Ciaccia clerici Tiburtin. et separatam ab ecclesia paroch. S. Pantaleonis d. civitatis, translata cura parochiali cum iuribus oneribus et emolumentis ad paroch. eccles. S. Mariae montis Arsicii, Societati Iesu tribuit.
Tibure 20 Iulii. 1554. Pontif. Iulii III anno V.

*Fundat. prov. Rom. tom. IV.*

11.[3] Rodulphus Pius M. D. episc. Tusculan. S. R. E. Card. de Carpo almae domus Lauretan. null. dioec. gubern. et protector. Ut in hoc loco Lauretanae domus honore decorato lux et opera B. V. M. manifestentur, erigit collegium Soc. Iesu Laureti, habitationem, hortum suppellectile et in oppido Recanaten. praedium tribuit et 4 canonicatus, 4 mansionariatus et duos clericatus primum vacantes ei annectit.
R. in aed. solit. resident. 1554. 1 Nov. Pontificat. Iulii pp. III. anno V.

*Fund. prov. Rom.*

13.[2] *Cum nos nuper.* - Iul. III patriarchae Aethiopiae (Ioanni Nunesio Barreto S. I.) facultatem concedit in quibusvis regionibus regni Aznaf Saguad Pretiosi Ioannis Imperatoris circumvicinis, facultatibus sibi concessis utendi.
R. ap. S. P. XV Feb. 1555, P. an. V.

*Bull. patron. Portug. I.* 187. — *Raynaldi, ann. eccl. ad h. a. n.* 25.

13.[3] *Cum nos nuper.* - Iul. III patriarcham Aethiopiae (Ioannem Nunesium Barreto S. I.) eiusque coadiutores Andr. de Oviedo S. I. Hierapoliten. et Melch. Carneiro S. I. Nicen. episcopos a visitatione liminum Apostolorum dispensat.
R. ap. S. P. XXI Feb. 1555. P. an. V.

*Bull. patron. Portug. I.* 188. — *Rayn. ann. eccl. ad h. a. n.* 26.

# PAULI IV.

1.[1] *Cum nuper optatissimum.* - Paul. IV Ferdinando Rom. ac Hungariae et Boh. regi illustri fructum ex virtute contra haeresim gratulatur, quodque per Didacum oratorem urgeat consilium

instituendi Pragae coll. patrum eius societatis quae vocatur Iesu, quo nihil his temporibus videtur aptius : vocatum ad se Ignatium eius Soc. magistrum et de duodecim mittendis mandatum, quorum duo, doctores, cum ex longinquis locis accersendi sint, missio in Febr. dilata est.
R. ap. S. M. M. VII Oct. 1555. P. an. I.

*Rayn. ann. eccl. ad. h. a. n.* 50.

1.[2] *Dominus N. I. Ch.* - Paul. IV Claudio Petraegiano, Aethiopiae regi illustri commendat Ioannem Nunes de societate et consortio D. N. I. Ch., sub Iulio III provinciae Aethiopiae patriarcham electum atque Andream de Oviedo Hierapolen. et Melchiorem Carnero Nicen. episcopos, socios Ioanni adiunctos eiusdem Societatis, quorum iter obitu Iulii III et Marcelli II impeditum fuit.
R. ap. S. P. X Mart. 1556. P. an. I.

*Bull. patr. Port. I.* 189. — *Rayn. ann. eccl. ad h. a. n.* 43.

7. Raynutius tit S. Angeli presb. card. permittit PP. Soc. Iesu, ut bona relicta ab Alexio Fontana cive Turritano in Sardinia, quo melior et securior fiat fundatio collegii Turritani d. Soc. accrescere faciant ad implendam summam mille ducatorum annui redditus.
R. ap. S. P. sub sigillo off. poenit. V non. Oct. 1559. Sede vac.

*Fund. ass. Hisp. pr. Aragon. et Boetic.*

# PII IV.

11.[2] A. P. R. M. *Ex commisso nobis desuper.* - Pius IV omnia quae egit Rudolphus card. de Carpo pro erectione, dotatione etc. collegii Lauretani, 1 Nov. 1554, probat confirmatque.
R. ap. S. P. XV kal. Feb. 1561. P. an. III.

*Fund. pr. Rom. t. III.*

25.[2] *Audimus te in Aethiopia.* - Pius IV Andreae (Oviedo S. I.) epõ Ierapolitano apud Mennam Aethiop. imperatorem nunc versanti nuntiat mitti Ant. Pintum, cuius mandata episcopum oratione consentanea apud d. Mennam subsequi vult et hortari eum

ut oratorem mittat ad conc. Trident. Quod et a patriarcha Cpolitano et Cophtorum sperat.
R. ap. S. P. XX Aug. 1561. P. an. II.

*Bull. part. Port I.* 202. *Rayn. Ann. eccl. ad h. a. n.* 64.

27.[2] *Omnipotens et misericors.* - Pius IV Card. Antonio de Granvela voc. commendat religiosorum Ordinem qui ab eo ipso cui se devoverunt Iesu Societas appellati, tanquam vitis abundans palmites suos, collegia ubique admirabili foecunditate propagant. Tanto in discrimine religionis, huius Ordinis protectionem in Flandria regisque dominiis circumspectioni eius committit.
XXX Oct. 1561. P. an. II.

*Rayn. Ann. eccl. ad h. a. n.* 67.

33.[2] *Etsi nuper.* - Pius IV Mariae Scotiae reginae illustri, ad quam nuper cum literis et mandatis, visitandi causa, misit Nic. Gaudanum presb. Ord. S. I., gratulatur susceptam operam fidem collapsam erigendi, et consilium mittendi epõs cum oratore ad conc. Trid.
R. ap. S. P. XII Ian. P. an. III.

*Rayn. Ann. eccl. ad h. a. n.* 182.

34.[2] A. P. R. M. *Ad apostolicae dignitatis.* - Pius IV perpetuam cappellaniam in paroch. eccles. S. Blasii Salamantin. fundatam per b. m. Sebastianum Paz presbyterum, vac. per resign. Francisci de Valentia ad reddit. 24 ducat. de auro annectit collegio Salmanticen. S. I.
R. ap. S. P. XV kal. Maii 1562. P. an. III.

*Fund. Hisp. ass. pr. Tolet et Castell.*

# PII V.

